tes filiũ meũ reſuſcicare. Btūs eraſmꝰ dixit.
Non ego ſꝫ dñs Jhus xp̄us cui ego ſuio.

# De ſancto Eraſmo.

Anaſtaſiꝰ dixit Si filiū meū ſaluū mihi red
dideris. credo ego ⁊ domꝰ mea ⁊ ꝓplꝰs vni
uerſꝰ. Tūc btīs eraſmꝰ iuſſit corpꝰ eꝰ deponi
ſecreto. prēʒ ⁊ matrē iuſſit ſtare. flexis genibꝰ
ſup corpꝰ eꝰ dixit. In noīe ihū xp̄i ſurge. Cū
qʒ ſurrexiſſet clamauit voce mag̃. Uere q̈a
magnꝰ ē ds xp̄ianoꝝ. ⁊ ꝯuerſus ad prēm ait
Pat̃ vſqʒ nc̄ errauimꝰ Dij ei q̊s colebamꝰ
nihil ſūt. vidi ei eos ī iferno ñ habere reqēm
a tortoribꝰ. De eꝰ aūt viuꝰ famuli eraſmi ma
gnꝰ ē. Et credidit anaſtaſiꝰ ⁊ tota domꝰ eiꝰ ⁊
ꝓpl'ꝰs vniuerſꝰ q̄ in illa hora fuerī baptizati. q̄
ſūt q̄i. xl. milia hoīm. Tūc btūs eraſmꝰ excla
mauit voce mag̃ dicēs. Grās ago tibi dn̄e
ihū xp̄e. q̄ ꝯgregaſti ꝓplm tuū in via v̄itatis.
Tu eni dixiſti euāgelica voce. Petite ⁊ acci
pietis. q̄rite ⁊ iuenietis. pulſate ⁊ apiet̃ vob.
Bn̄dic ꝓplm tuū hūc quē acq̄ſiſti. Et fctā eſt
ad eū vox de celo dicēs. Eraſme hue bone q̄
ꝑme laboraſti in t̃ra oīa q̄cūqʒ petieris da
būt̃ tibi. Et bn̄dixit dn̄s ꝓplm hūc q̄ credide
rūt. In illa hora oīa idola q̄ colebāt̃ v̄tebāt.
Per. vij. āt dies btīs eraſmꝰ docēs ꝓplm ⁊ cō
firmās ī doctrina xp̄i dicebat. Cuſtodite mā
data eꝰ q̄ audiſtis. ⁊ mag̈lia di q̄ fec̄ ī vob. in
duti fide et fideles eſtote. Audiēſ ħ maximi
anus iꝑator q̄ fcā fuerī ī lugrido ciuitate a
ꝓbo iniq̄ſſimo hoīe ⁊ ſacrilego. q̄ dixit. Au
di pie iꝑator q̄ fcā ſūt ī ciuitate tua. Regnū
tuū deluſū ē. ⁊ dij nr̄i neſcio q̊ hoīe anthioce
no ſubuerſi ſūt. q̄ ꝓfitet̃ illū ihm xp̄m q̄ cruci
fixꝰ ē ab hoībꝰ in iudea deū eē. Quo audito
iꝑator iuſſit btīm eraſmū teneri. ⁊ ꝑpatuʒ tri
bunal aſcēdit. ⁊ igreſſus ē btīs eraſmus. Ad
quē ait iꝑator. Dic tu ſcelerate hō q̄ tibi ē re
ligio. Tūc btīs eraſmꝰ tacuit. ſʒ oculis ſuis re
ſpexit in celū. Impator dixit. Nihil loq̄ris. ⁊
iuſſit maxillas ſuas ꝯtūdi. Tūc btīs eraſmꝰ
dixit Lupe rapax. plenꝰ iniq̄tate maleſice q̄d
ꝑſeq̄ris huū di. Impator dixit. Nōne hic ē
ē q̄ crucifixꝰ ē ab hoībꝰ ī iudea Sctīs eraſmꝰ
rn̄dit. Ego ipiꝰ huus ſū. Maximianꝰ dixit.
Tal' ſis q̄lis ⁊ ille ⁊ ſic moriaris. Tūc beatus
eraſmꝰ ſbridēs ait illi. Optime iꝑator bene
dixiſti mihi. vtinaʒ illiꝰ ego merear veſtigia
ſeq̄. q̄ꝛ effuſio ſang̃nis ipiꝰ nr̄a illūinatio eſt.
quē ſi velis agnoſcere ⁊ illū crede. ſaluꝰ eris

Impator dixit. Tu ī illū credas ⁊ genus tuū
Btīs eraſmꝰ dixit. Optime dixiſti mihi. pla
ne q̄ꝛ ſic credimꝰ. Hoſtias hūilitatis ⁊ tribu
latōis mūera offeriꝰ ei q̄ ſaluauit ꝓplm ſuū a
pctīs eoꝝ. Impator dixit. Cōſule tibi et acce
de ⁊ ſacrifica dijs meis. Sctīs eraſmꝰ rn̄dit.
Quibꝰ dijs me iubes ſacrificare. Impator
dixit. Si tibi dixero ꝯſētis. Btīs eraſmꝰ dixit.
Si videro forte facio. Tūc gaudio repletuſ
iꝑator cū vniuerſo ꝓplo vſqʒ ad tēplū iouis
iuſſit hoīeʒ dei deduci ad ciuitatē ſirmitanā
⁊ ꝑcepit organa ⁊ omē genꝰ muſicoꝝ ī tēplo
parari. Et h̄ vidēs btīs eraſmꝰ īgemuit cor
de. ⁊ oculos ſuos ad celū direxit dicēs. Xp̄e
fili dei eſto p̄ñs ī iſta hora ⁊ mitte āgelū tuū
q̄ mihi auxiliet̃ ⁊ ꝯfirmet me ī iſta hora a pu
gna dyaboli quā mihi ꝑparauit. Cūqʒ ꝑue
niſſʒ ī tēplū btūs eraſmꝰ dixit. Ubi ē ds quē
iubeſ me adorare Impator āt apphēdēſ ma
nū eꝰ igreſſꝰ ē tēplū ⁊ oſ̄dit ei ſtatuā ereā ma
g̃tudis eiꝰ cubitoꝝ. xij. et dixit. Ecce ds meꝰ
cui ego huio. Statī vt diabolꝰ aſpexit facieʒ
martyris xp̄i cecidit ſtatua et ī cinerē v̄ſa ē.
exiuit ⁊ draco magnꝰ ex illa. et occidit pene
tertiā ꝑtē ꝓplī. Impator vt vidit ſe eē deluſū.
aſcēdit equū ⁊ ad palatiū ꝑgebat. ꝑcutiens
pectꝰ ſuū dixit. Ue mihi deluſū ē regnū meū
neſcio a q̊ hoīe āthioceno. Magna aūt ꝑs
ꝓplī clamabat. Serue ſctē di ora ꝓ nob vt ñ
ꝑeamꝰ ab iſto dracone. Tūc btūs eraſmus
iꝑauit draconi vt quēq̄ʒ hoīeʒ nō cōtami
naret. Uidēs āt vniuerſus populꝰ ſirmita
noꝝ q̄ntas v̄tutes ꝑ ſeruū ſuū opabat̃. cepe
runt omēs credere chriſto. Beatus autem
eraſmꝰ dixit. Ecce quales v̄tutes opat̃ deꝰ ī
eos q̄ credūt in illū. et baptizati ſūt q̄i. xl. mi
lia hoīm. Erat ei gaudiū ī celo ⁊ ſpectacula
āgeloꝝ. ⁊ q̄ūo ꝑs dyaboli pugnabat aduer
ſus electos dei. et nō valebāt mētes eorum
auertere a cogitatōne dei. Tūc angeli voce
magna clamabāt. Gloria ī excelſis deo. ⁊ in
terra pax hoībꝰ bone volūtatis. Qui ſic fue
rant ad dn̄m ꝯuerſi rn̄derūt amen. Contur
bata ē oīs ſirmitana. Cōterritus v̄o iꝑator
miſit armatos et iuſſit oēs q̄ ad dn̄m ꝯuerſi
ſūt gladio puniri. Martirizauerūt et trecē
tos. xxx. hoīes cōmendātes ſe orōibꝰ ſancti

eraſmi martyris.q̄bꝰ ait. Ite ĩ noı̄e dñi felicit̄
ad ſctām ciuitatē quā ꝑparauit vob dñs.et
ego pꝰ modicū tps ſubſeq̄r.Erant āt angeli
currētes ꝑ nubes celi ſuſcipiētes aīas eoꝝ.⁊
triūphātes martyres vſq3 ad celū ꝑduxerūt
Et audita ē vox pſallētiū ⁊ dicētiū all'a. Uia
iuſtoꝝ recta fctā ē.⁊ iter ſcoꝝ ꝑpatū ē Qď au
dicēs btūs eraſmꝰ ḡtulauit vt bonꝰ paſtor ſup
oues ſuas q̄s tradidit xp̄o.Tūc ipator furo
re repletꝰ iuſſit btm eraſmū teneri ⁊ diuerſis
ſuppliciȷs torq̄ri.⁊ iuſſit miſtris tunicā ereā
aduerſꝰ ſtaturā eiꝰ ⁊ igneā fortit̄ eū veſtiri
dicēs.Nūc video ſi dēs tuꝰ eripiet te de mani
bꝰ meis. Tūc btūs eraſmꝰ dixit.Carnifex ple:
nus iniq̄tatis.filiꝰ dyaboli.v̄ecundiā tuam
laudo q̄ deterior es carne.dixi tibi ⁊ nūc dico
nō timeo minas tuas ſi āpliora facias. cor
meū n̄ trepidabit.⁊ ſignans ſe ſigno crucis
veſtiuit ſe tunica ignea . pſallēs ꝓpheticum
pſalmū dicēs.trāſiuimꝰ ꝑ ignē ⁊ aquā.et in:
duxiſti nos ĩ refrigeriū.Iſt̄e tāq̄3 auꝝ ĩ forna:
ce ꝓbaſti eos q̄ ĩ te credūt.⁊ ſic olocauſti bo
ſtiā ſuſcipis.Statī tunica ignea q̄ induꝰ fue
rat.facta ē frigida ſic̄ nix vt nulla macl'a ſup
eū inuēta fuiſſ3.Tūc btūs eraſmꝰ dixit.Ecce ĩ
perator ꝯfuſus es.cū pr̄e tuo dyabolo eris ĩ
ignē eternū arſurꝰ.nā dñs ieſus xp̄s filiꝰ dei
liberauit me.Populꝰ āt clamauit.Uere q̄r
magnꝰ ē dēs xp̄ianorū.q̄ tātas v̄tutes opat̄ ĩ
illo.Tūc ipator ait.Artes ſūt maleficorū.vt
igni imparet ⁊ deos nr̄os deludat.Tūc btūs
eraſmꝰ dixit.Stulte ipator q̄ putas malefi:
cia.mecū ē xp̄s filiꝰ dī.ıp̄e q̄ iperat igni deos
tuos deludit.lapides et eramenta ſurda ab
hoībꝰ ꝯflata.q̄bꝰ tu ſilis es.Nam dñs meꝰ
ihs xp̄s viuꝰ ē ⁊ v̄tutibꝰ vicit.Impator dixit
Quādiu iniurias tuas tollere poſſūꝰ. Tūc
btūs eraſmꝰ dixit.Etiā ⁊ ego miror v̄ecundiā
frōtis tue q̄r nō erubeſcis.Tūc ipator furo:
re repletꝰ. iuſſit miſtris ſuis ollā parare vr:
narū.xx.plūbi picis ſil' cū cera ⁊ reſina ⁊ oleo
ſolui ⁊ repleri ⁊ ſuccēdi.Et fecerūt miſtri ſic̄
p̄ceptū eis fuerat.et feruens fcā ē olla.et flu:
ctuās ſic̄ mare.Et dixit ei ipator.Nūq̄d ⁊ h
ars tua p̄t p̄ualere.Tūc btūs eraſmꝰ dixit im:
peratori.Iſta olla meū ē refrigeriū.Et facto
ſignaculo crucis deſcēdit ĩ eā. Statiq3 vox
dñi ſup aq̄s dēs maieſtatis ĩtonuit. ⁊ effudit
vnā vndā ex olla.⁊ vſtulauit ipatorē. Qui
clamauit ardeo bō dī ora ꝑ me.Tūc beatuſ
eraſmꝰ dixit ipatori.Ue tibi lupe rapax.⁊ ge
hēne ignis quē tibi parauit dēs ſil' cū pr̄e tuo
dyabolo ⁊ miſtris eiꝰ.Scio q̄ cor tuū obdu
ratū eſt.ſ3 ꝓpt̄ ꝓplm iſtū circūſtantē erit tibi
bene.et q̄euit illi dolor.Multi āt h videteſ
ĩ illa hora crediderūt.Impator āt vidēs ſe de
luſū eē.iuſſit martyrē dī recipi ⁊ ĩ arta cuſto
dia haberi.⁊ ingēti ferro ponderis colligari.
Cūq3 oraſſet.apparuit ei iuuenis ſil'is filio
dei.vocās eū ⁊ dixit illi.Ego ſū michael āge
lus miſſus ad te vt te ducā in cāpaniā ꝓuin
ciā.q̄ vocat̄ formana ad docendū populū.
Apprehendēs eū ⁊ eiecit eū de ciuitate ſirmi
tana.veniēſq3 nauiculā a dño paratam inue:
nit.et trāſmigrauit ĩ ꝓuinciā cāpaniā.Alia
v̄o die turbatꝰ ē ipator q̄ n̄ inueniſſ3 eū dicēſ
q̄r dēs eiꝰ eripuit eū.Seruꝰ āt dei ⁊ martyr
dñi venit ⁊ ſedit ĩ ciuitate formana.⁊.vij.an
nis docens ꝓplm viā v̄itatis. Angelꝰ āt dñi
panem q̄tidie ei miſtrabat.Poſtea orabat
ad dñm.vt in ciuitate ſua etnalit̄ q̄eſceret. et
facta ē ad eū vox de celo dicēs.Eraſme veni
et req̄eſce ĩ ciuitate quā parauit dēs frībꝰ tu:
is martyribꝰ ⁊ ꝓphetis ⁊ recipe laborē tuū.
Per te ei honorificatꝰ ſū ĩ celo ⁊ ĩ t̄ra.Tunc
btūs eraſmus ꝓ viduis ⁊ orphanis depreca
bat̄.Dñe vnigenitꝰ dī pr̄is q̄ me feciſti req̄e:
ſcere ĩ loco iſto.ꝯcede vt q̄ ĩ h loco habitati:
onis mee ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ p̄ces effuderit
ſic inde trāſeat exauditꝰ.vt tu ſis ei h ⁊ in fu:
turo placatꝰ.Et reſpexit btūs eraſmꝰ ĩ celū.
viditq3 coronā inenarrabilē.⁊ occurſu3 ſibi
de choro apl'oꝝ ⁊ ꝓp̄hāꝝ.⁊ inclinauit caput
ſuū et dixit Dñe ſuſcipe aīā3 ſerui tui.Et cō
pleta orōne ſctūm reddidit ſpūm.⁊ viſa eſt
aīa eiꝰ cādida tanq̄3 nix q̄ñ ab angelis dedu
cebat̄ cū gloria magna.⁊ cū illis celū pene:
trabat.tercio nonas iuniaꝝ.regnāte dño no
ſtro ieſu xp̄o.

CXCVII

## ¶ De ſancto Kiliano.

Kilianꝰ ſcotorū ge
nere.nobilibus parentibꝰ.diuine

# De ſancto kiliano.

tñ grē factꝰ ē nobilitate clariſſimꝰ. Scocia q̄
⁊ hybernia dr̄ īſula ē maris. fecūda q̄dez gle
bis. ſꝫ ſctiſſimis clarioꝛ viris. Ex qbꝰ colūba
no gaudet ytalia. Gallo ditat̄ alemania. ki:
liano theutunica nobilitat̄ francia. Qui vt
dixiꝰ nobili ꝓſapia editꝰ. a pueritia liberali:
bus ſtudijs traditꝰ ſil' cū lrāꝝ īcremētis dili:
gent̄ cepit īdagare viā v̄itatis. Tādē pueni:
ente ſe grā dī. ſpretis humanaꝝ lrāꝝ ſtudijs.
oībuſqꝫ hmōi illecebꝛis. mōaſteriū petijt ab
negauit ſeipm̄. tulitqꝫ crucez ſuā ⁊ ſecutus ē
xp̄m. Igit̄ ī mōaſterio poſitꝰ q̄nte obediētie.
q̄nte frugalitatis. q̄nte fuit vigiliaꝝ ⁊ oꝛōnū
īſtātie. vite p̄ntis terminꝰ declarauit. q̄zuis
et eī martirij palma ꝑ grāz magꝭ q̄ꝫ ꝑ meritū
ꝯſtet. bonis tñ adiplet̄ opibꝰ. Videteſqꝫ ita
qꝫ frēs mōaſterij in v̄tutū ꝑfectōibꝰ bti viri
ꝑſeuerātiā p̄mo eū ꝑ eccīaſticos ḡdus ad of
ficiū p̄ſbyteratꝰ p̄cibꝰ aſcende. deide eiuſdez
mōaſterij regimīs curā ſumere coegert. Il:
le āt ſciēs ꝑfectōꝫ caritatis ſine dilectōne pxi
mi ꝑfecte ꝯſtare non poſſe. paſſꝰ ē ī ꝓprijs ſe
aliq̄ntulū minoꝛari. vt fratꝝ ꝓdeſſe poſſꝫ vti
litati. imitatꝰ aplm̄ cupientē anathema fieri
a xp̄o ꝓ fribꝰ ⁊ cognatis ſm̄ carnē. Veruntñ
cū fama bti viri lōge lateqꝫ crebreſceret. me:
tuēs ip̄e ne fauoꝛ ꝑplaris macule ſibi rugaz
īfigeret. cepit meditari q̄lit̄ notos ⁊ ꝓpinq̄s
relinqueret. peteretqꝫ lōge ſepoſitas terras.
vbi obſcurꝰ fama. ⁊ vilis genere poſſet habe
ri q̄ liberiꝰ diuīs cultibꝰ vacare valeret. De:
liberatōe itaqꝫ recedēdi pacta. collectis fra:
tribꝰ ī qbꝰ idē feruoꝛ ardebat. ad vicinā ſco:
tie bꝛitaniā deueīt deide galliā attigit. Qua
ꝑmeata ī ꝓuīciā germanie deueīt. q ab inco
lis t̄re ipiꝰ oꝛiētal' frācia vocat̄. ibiqꝫ in vrbe
herbipoli ſe moꝛari diſpoſuit. ñ veritꝰ īcredu
le gētis feritatē expiri. eo q̄ intrepidꝰ coronaz
optaret martyrij. ſꝫ tñ a p̄dicatōis v̄bo iteri
abſtinuit donec romano ſe pōtifici p̄ntaret
q̄tenꝰ apud ſedē romanā ⁊ itegrū xp̄iane re
ligionis dogma ⁊ licentiā p̄dicandi accipet
Tūc āt p̄erat romane ecclīe canon pontifex
hūanis diuiniſqꝫ lrīs pollēs. pontificali offi
cio ꝯgruꝰ. ⁊ in rebꝰ eccīaſticis ydoneꝰ Qui
audita fide bti Kiliani caritatis nexibus illi
gata. deo grās retulit eiqꝫ ſeſe caritatis amo:
re iꝑtiuit. exultās ſemīa diuini eloquij ab in
ſulanis ac longe poſitis doctoꝛibus augeri
Erat eī apd̄ egregiū pōtificē ñ modica exul
tatio q̄a cernebat paulatī euacuari fraudez
antiq̄ hoſtis creſcētibꝰ miſtris diuīe opatio
nis. Tūc ex ꝯſenſu totiꝰ vrbis btm̄ viꝝ ī p̄ſu:
latꝰ officiū ꝓmouit. quo ⁊ criſma cōficere. et
eccīas dedicare. ⁊ ſacros oꝛdīes dare irrepꝛe
henſibilit̄ valeret. His itaqꝫ pactis dimiſit eū
vt cepto opi inſiſteret. parato ſibi a dño p̄mio
eterne retributiōis. Btūs itaqꝫ kiliāꝰ vrbez
egreſſꝰ pacto itinere cum colūbano p̄ſbr̄o et
totnāno leuita ad locū ſibi deſtinatū ꝑueīt
Colūbano ī ytaliā relicto. nā romā ꝑgens.
gallū in alemania febre ḡuatū dimiſit. Per
ueniēs igit̄ ad p̄dictā vrbē herbipoli. ñ eum
quē ī eadē ꝓuīcia ducē reliq̄rat īuenit. ſꝫ aliū
noīe goſbertū. Porro venerabil' vir paula
tim cepit pabula diuini v̄bi īcredulis ꝑplīs
miſtrare. tātāqꝫ ei grāz dñs ꝯtulerat. vt ī bre
ui tp̄e gētis loq̄lā ꝑdiſceret. eiſqꝫ ꝓpo ſmōe
ſemīa v̄itatis erogaret. Mirabāt̄ āt oēs nō
ſolū nouitatē doctrine. ſꝫ et exuberātiaz elo
q̄ntie. facundiā qꝫ ſmonis comitabat̄ effica
cia v̄tutis. Impletū ē ī illo qd̄ v̄itas aplīs ꝓ
mittit dicēs. Ego dabo vob os ⁊ ſapientiaz.
Et iteꝝ. Opa q̄ ego facio ⁊ vos facietis. Sꝫ
cū iā ſeīa diuini eloquij ſuccreſcerēt et plebſ
ḡdati minueret̄ ab erroꝛe gētilitatiſ uſqꝫ ad
p̄ncipes ꝑplī ſcti viri fama ꝑuenit. vt ducē q̄ꝫ
ꝓuīcie ñ lateret. Qui eūdē ſctm̄ virū ſibi p̄n:
tari iuſſit. exꝑiri cupiēs q̄ eēt h̄ doctrīa hacte
nus ſibi īcognita. Erat āt ip̄e p̄nceps natu:
rali īgenio p̄ditꝰ ſꝫ gētilitatis erroꝛe fedatꝰ.
Ad quē hīs kiliāꝰ ꝑueniēs ꝯſtant̄ v̄e religi
onis dogma īſinuare cepit. docēs prēm ⁊ fi:
liū ⁊ ſpūmſctm̄ vnū eē deū īcōmutabilē. vi:
ſibiliū ⁊ inuiſibiliū oīm creatoꝛē. Prefatus
v̄o p̄nceps admiratꝰ tantā bti viri cōſtātiā
et ſmonū inſuꝑabilē v̄itatē. q̄ꝛ natali vt dixi
mus pollebat īgenio. veris ſe ſentētijs ſupa:
tū. ad eꝰ diſtulit auditōez. volēs freq̄nti apd̄
ſe tractatu rimari. vtꝝ quē kilianꝰ docebat
an diane cultꝰ p̄ponēdꝰ foret. Diana nanqꝫ
apd̄ illū ſūma veneratiōe habebat̄. Verūtñ
vir egregiꝰ iugi inſtantia laboꝛabat vt deo
redderet aīas q̄s dyabolꝰ ꝑdere conabatur

# De ſancto kiliano.

Porro ꝑnoiatꝰ dux cernēs ꝯſtātiā ꝑdicatō
nis bti kiliani. ſecreto veīt ad eū. cupiēs do-
ctrinis ſuis īſtrui. q̃tenꝰ agnito tramite vita
tis. abigere valeret anfractꝰ erroris. Sed a
btiſſimo viro catholice fidei documētis dili
gēter īſtructꝰ. ꝓxīo die dn̄ice reſurrectōis cū
multis alijs dato noīe aq̄ lotꝰ baptiſmatis.
abſolutōz ꝑſtini ꝓmeruit erroris. Sicq̃ʒ fa
ctū ē vt pene tota ꝓuīcia oriental' frācie. reli
cto demonū cultu. diuīe religiōi opāʒ daret
Predictꝰ dux goſbertꝰ monitu aſſiduo btī
kiliani ad meliora d̄ die ī diē ꝑficiebat. Erat
āt illi ꝯiūx ſcḋm gētilitatis ritū. q̄ q̄ndam fris
ipiꝰ ꝯiugio fuerat copulata nomīe geilana.
Sʒ vir dī idcirco ī initio fidei tale noluit cō
iugiū ꝓhibere. ne ī penitudinē credulitatis
q̄uitate ī oībꝰ ꝑlibatꝰ ꝑnceps duceret. et h̄ ē
q̄d apl's nōdū ī fide ꝑfectis dicit. Tāq̄ʒ puul'
ī xp̄o lac vobꝭ potū dedi. n̄ eſcam. ꝑfectoꝝ eni
ſolidꝰ ē cibꝰ. idō q̄d nouerat ꝗuiꝰ diſtulit. in
futuꝝ. ſimulq̃ʒ diuīo reuelante ſpū ſciens in
hac re ſibi ⁊ ſocijs cauſā cōſtare martyrij. vt
multis interea ꝓdeſſet. interim obmiſit tale
dānare ꝯiugiū. licet cuperet diſſolui et eē cū
xp̄o. imitatꝰ apl'm q̄ ī ſporta a fribꝰ ꝑ muruʒ
dimiſſus ē. nō vt mortē timeret. ſʒ vt multis
an̄ mortē ꝓdeſſet. Verūtn̄ cū q̄dā die beatꝰ
ꝑſul ducē familiarit' alloq̄ret. dixiſſe iter cete
ra fert'. Fili mi quē ꝑ euāgeliū genui gaudeo
valde ī ꝑfectu fidei tue. ſʒ multuʒ me mouet
ꝙ illicitis nuptijs detineris. ⁊ vereor nimis
ꝙ a recto itinere tali ꝯiugio retarderis. Legit'
ei btō iacobo dicēte. q2 q̄ totā legē ſuauerit.
offēdat āt ī vno factꝰ ē oīm reꝰ. Preterea in
baptiſmate īnouat' hō. ⁊ n̄ ex ꝑte ſʒ totꝰ. vt āt
totꝰ īnouari poſſit. nihil ꝑſtini retinere dʒ er
roris. Audiēs āt h̄ ꝑnceps ꝑmo heſit ſtupo
re. deīde alta ſuſpiria trahēs. valde ei dilige
bat eā quā hēbat vxorē. tale deīde fert' dediſ-
ſe r̄nſum. Audiui paẗ te docēte. q2 dn̄s ih̄us
ꝑcepit nihil ſuo amori ꝑferēdū. n̄ p̄rēʒ. n̄ ma-
trē. n̄ filios. non vxorē. et idcirco q̄ʒuis vnice
diligā iūctā mihi vxorē. ꝑpono tn̄ diuinum
amorē. Sʒ nc̄ n̄ adeſt mihi ociū inq̄rēdi q̄li-
ter eā dimittā. q2 ꝯ̄ hoſtes nr̄e rei publice fe-
ſtino. Cū āt reuerſus fuero īuēta oportuni-
tate dimittēdi ſeꝑabor ab illa. Hoc vō cū ad

aures geilane ꝑueniſſet. q̊s ei fallere poſſet
amanteʒ ꝗui incāduit ira ceu raptis catulis
leena. Diuq̃ʒ ſecū bacchata ex eo cepit q̄rere
q̊uō ſcōs viros extigueret. Nulla eni beſtia
ī h̄ mūdo ſilis ē mulieris male. ſic h̄ mulier
nephāda. callida meditatōe ꝑq̊rebat. q̄liter
ſine ꝑpl'ari ſtrepitu ⁊ vulgi cogtōe ſcōs viros
ꝑderet. armabat' nāq̃ʒ īpatiētia ire ⁊ libidis
furore. Et q2 dyabolꝰ iniq̄ cupiētibꝰ fomēta
malicie ſubmiſtrat. inuēti ſūt duo miniſtri
crudelitatis q̄ ꝓmitterēt ſe ſatiſfacturos gei
lane deſiderijs. datis ſibi muneribꝰ miſerri-
me executōis. Solebat itaq̃ʒ btūs kilianꝰ
poſt paruā dormitōz neceſſitatis ad ſtudiū
vigilare ꝓuecteq̃ʒ orōnis. Quadā vō nocte
cū leues ſomnos caꝑet. ita vt nec dormiret ī
tegre nec vigilaret aperte. aꝑparuit ei vir ha
bitu formaq̃ʒ pulcerriꝰ dicēs. Kiliane ami-
ce ſurge. nolo te diutiꝰ laborare. vno dūtaxat
certamine tāgeris. ⁊ ſic ſp̄ mecū eris. His di
ctis abſceſſit. Euigilās āt egregiꝰ vir intelli-
gens diuinā ſibi adeſſe viſitatōez. ꝯuocatis
fribꝰ ait. Fratres vigilate. cito aderit dn̄s et
pulſabit ianuā. cauendū ergo ē ne nos ſom-
no torpētes inueniat. Addamꝰ oleū lāpadi
bus dū tp̄s ē. ne ſi forte defecerit tūc incipia
mus querere q̄n nō poterimꝰ īuenire. Illis
itaq̃ʒ media nocte orōi vacātibꝰ. carnifices
ſtrictis gladijs locū ī q̊ orabāt penetrarunt
Qd̄ cū ſacerdos dei īttuitꝰ eēt ait. Amici ad
q̄d veniſtis. implebitis ꝑceptū. ꝯſūmabitis
curſū. his dictis interfecti ſūt. ibiq̃ʒ terre mā
dati. ne q̊s ſcire poſſet q̄d de illis factū foret.
Veſtimēta q̊ʒ cū q̊bꝰ diuia officia ꝑagebāt
ſacriq̃ʒ libri ſimul cū eis defoſſa ſūt. ne q̄d in
diciū necis eoꝝ deꝑhendi poſſet. ſʒ clam diſ-
ceſſiſſe putarent'. cauſa ſolite ꝑegrinatonis.
Erat tn̄ q̄daʒ nobil' mulier burgūda noīe. q̄
a ꝑncipio ꝑdicatōis eoꝝ ſctis adheſerat vi-
ris. hn̄s cellulā iuxta oratoriū ſctōꝝ. q̊ facili-
us diuinis laudibꝰ ītereſſe valeret. Hec īten
ta vigilijs q̄ facta fuerāt diligēti ſtudio inue
ſtigauit. Recedentibꝰ q̊ʒ carnificibꝰ. linteo
lo mūdo fuſū ſanḡnē ſctōꝝ collegit. ac t̄re di
ligent' infodit. vigilijs ⁊ orōibꝰ vacās vbi ſā
ctoꝝ corꝑa obruta nouerat. Excolebat loca
veneratiōe qua poterat. licʒ ſilenter ne ſicut

poſtea factū ē geilane iuſſu remoueret. Ea-
dē nāqꝫ ſceleratiſſima mulier ſtratis qꝫ plā-
tis ſtabulū equoꝝ ī loco vbi ſcti martyres hūa
ti erāt fieri iuſſit. ne q̄ indicio ſacra corpa p̄-
derēt. Ferūt tñ ab his q̄ tūc fuere poſteris re
latū. q̄ aīalia ibi ſtabulata ſup ſepulcra mar
tyrū nec ſtercora nec vrinā iacerent. honorē
martyribꝰ exhibentia. vt qđ de capite ꝓph̄a
vaticinatꝰ ē h̄ ī eꝰ mēbris repiret. Cognouit ī
quiēs bos poſſeſſorē ſuū. ⁊c. Iſrael āt nō co-
gnouit me. Taliqꝫ mō vt dictū ē ſcōꝝ corpa
hoībꝰ pene ignota forēt. niſi p̄fata burgūda
ī extremo vite poſita. q̄buſdā fidelibus vbi
poſita eēnt reuelaſſꝫ. Cōtigit āt vt dux pacta
militia reuerteret ad locū vbi ſctōs viros di
miſerat. Quos cū nō iueniſſꝫ. cepit ſtudioſe
ꝑq̄rere. qñ ⁊ q̄ cā receſſerit. q̄ ve abierit. Eiuſ
vō vxor veneno malicie fedata. aliqñ rubo
re ꝑfuſa. aliqñ pallore deꝑſſa. aliqñ ꝯfidētia
roborata. diuerſos anfractꝰ neq̄cie ſue frau-
dibꝰ ꝑtendebat dicēs. Nō ſe eos cuſtodiſſe.
neqꝫ cuſtodes adhibuiſſe. qñ voluerīt veniſ
ſe. qñ ſibi placuit receſſiſſe q̄ ꝑegrinatōis ſue
morē huarēt. Que feminea v̄ba ñ emolliūt.
que a ſtatu rectitudis ñ retrahūt. Credulis
itaqꝫ v̄bis ꝯiugis ꝑnceps aliq̄ntulum cepta
ab inq̄ſitōe q̄euit. Sꝫ qꝛ iuxta dn̄icā vocē ni
hil optū ē. qđ ñ reueletr. ⁊ occultū q̄d nō ſciat
cū ea q̄ facta fuerāt paulatī obliuioni trade-
rēt. vnꝰ eoꝝ q̄ ſctōs viros gladio inuaſerant
ſubito demonio arripit. ⁊ ꝓprijs ſe dētibꝰ la-
nians a p̄nti migūit in eternā penā. Alter
vō ī rabiē v̄ſus gladio ſemetipm̄ apetijt. ef-
fuſiſqꝫ viſceribus ꝑ tormenta p̄ntis tpis ad
etna ꝑuenit. Non multo poſt ⁊ ipa belua
de q̄ loq̄mur demonibuſ arrepta voce mag̃
clamabat. Iuſte torqueor q̄ ſctis viris torto
res adhibui. ⁊ cū magno cruciatu ad crucia
tū dyabolo paratū ꝑuenit.

CXCVIII

## De ſancto Heinrico imperatore.

ANno ab incarna-
tione dn̄i milleſimo. i. ab vrbe āt cō
dita milleſimo ſeptingēteſimo qui
q̄geſimoſcđo. Ottone tertio rome defūcto
vacāte regni ſolio. cū d̄ ꝑncipe agerer ſubro
gādo. oīm vota. nutu diuino ad eū inclināt.
q̄ tūc ī regno potiſſimꝰ habebat. Fuit nanqꝫ
eodē tpe q̄dā dux bauaroꝝ nomīe heinricꝰ.
heinrici euſdē gētis ducis filiꝰ. cꝰ tpibꝰ ſcis
wolfgangꝰ ratiſbonenſiū p̄fuit epſ tā hoīta
te qꝫ nobilitate regia ꝯſpicuꝰ. ⁊ vniuerſa mo
rū honeſtate p̄clarꝰ. Hic initiū ſapīe timorē
dn̄i plenīt eſt ſecutꝰ. qꝛ erat oīm lrāꝝ ſtudio
p̄ncipalit̄ imbutꝰ. ⁊ totꝰ ſane fide ⁊ actōne ca
tholicꝰ. Hic ergo ab oībꝰ pari voto ⁊ cōi cō
ſenſu oīm aſciſcit. diuina vtiqꝫ diſponēte cle
mentia. vt ꝑ tpalis regni faſtigia ad culmen
regni celeſtis ꝑtigeret. Cūqꝫ p̄dictꝰ rex hein
ricꝰ necdū ceſaris vl' iperatoris obtineret di
gnitatē. apparuit ei ratiſbone btūs wolfgāgꝰ
epſ tali viſione. Viſū nāqꝫ ē ei q̄ manēs in
eccīa ſcti emmerāmi epi ⁊ martyris. accede
ret orādi grā ad btī wolfgāgi ſepulcrū. in ea
dē baſilica ſitū. Cūqꝫ ibidē dn̄m ⁊ ſāctū wolf
gangū itimis p̄cibꝰ conaret exorare. ſubito
videbat ei ipe ſctūs wolfgangꝰ aſtare. eūqꝫ
hmōi v̄bis appellare. Intuere diligent̄ lrās ī
muro q̄ ē ſecꝰ tumulū ſcptas. Erat āt ſic ſibi
videbat ſcptū ſolūmō pꝰ ſex. Euigilās āt rex
retractatōe diuīna ſecum reuoluit pauciſſi-
ma hꝰ viſionis ſcpta. In p̄mis ergo arbitra
tus q̄ pꝰ ſex dies eēt moriturꝰ. mlta diſpēſat
paupibꝰ. Cūqꝫ dieꝝ ſex numerꝰ p̄teriſſꝫ. ⁊ ni
hil ī ſe rex moleſtie corpalis ſenſiſſꝫ. putauit
p̄dcāꝫ viſionē ad ſex mēſes ꝑtinere. Trāſactiſ
vō ſex mēſibꝰ cū nihil infirmitatis ī ſe pateret
arbitratꝰ ē hūc numerū ad ſex ānos ꝑtinere
ideoqꝫ q̄ ⁊ ſupra cepit timere. Cūqꝫ ſex ānoꝝ
numerꝰ iteger ꝑtrāſiſſet ⁊ ſeptimi anni dies
reuolutꝰ veniſſet. ipo die ꝑ aplicā bn̄dictōeꝫ
ſuſcepit ceſaris dignitatē. Tūc tandē ſentiēs
q̄lis eēt ſua viſio. grās egit deo ſctōqꝫ wolf-
gango epō q̄ ſibi talē reuelare dignatꝰ ē dig-
tatē. Unctus ergo in regē beatiſſimꝰ dei fa-
mulꝰ heinricꝰ. tpalis regni nō ꝯtentꝰ angu-
ſtijs. pro adipiſcenda imortalitatis corona
ſūmi regis. cui ſeruire regñre ē. militare diſpo
ſuit. Summā etiā diligentiā ī amplificādo
cultu religiōiſ adhibuit. eccīas dī ditare poſ
ſeſſionibus ⁊ imēſis ornatibꝰ augere cepit.
Sedes qꝫ epales hildenſheim videlicet. vbi
a puero fuerat enutritus et literis edoctus

Magdeburg et argentinam Miſſnam et merſenburg. q̄ barbarica imanitate adiacē/tiū ſclauoꝝ vaſtate fuerant reſtaurauit. ⁊ tā ipſis q̄ȝ alijs epātibꝰ ꝑ vniuerſū regnū i poſ/ſeſſionibꝰ ⁊ oꝛnamētis inumera dona diſtri/buit. Deniqȝ ꝯſūmatis bꝰ vite laboꝛibꝰ poſt q̄ȝ bone opinionis odoꝛē lōge lateqȝ redo/lere fecerat. locūqȝ ſibi dilectū ⁊ cetera mōa/ſteria ditādo ⁊ oꝛnādo ⁊ excolēdo ad ꝑfectū adduxerat. ad ꝑcipiendā imarceſſibilē coꝛo/nā a dn̄o vocatus eſt ab ergaſtulo carnis. Qui cernēs diē moꝛtis ſibi iminere. vocatis ad ſe ꝑentibꝰ btiſſime impatricis Kunegū/dis. necnō etiā q̄buſdaȝ regni ꝓceribꝰ. manu eā ꝓ ꝓbēdit ⁊ cōmēdauit eā illis hmōi ver/bis memoꝛia digniſſimis. Hāc ecce inq̄t mi/hi a vob imo a xp̄o ꝯſignatā. ipi xp̄o dn̄o no/ſtro ⁊ vob reſigno v̄ginē imaculatā. In eiꝰ v̄o trāſitu tra ploꝛāte celū exultauit. ſic̄ etiaȝ dn̄s ꝑ ſuā miſc̄diaȝ reuelauit. In ipa etēi hoꝛa exitꝰ illiꝰ cuidā ſeruo dei i ſolitudīe cō/moꝛāti dyabolꝰ i hūana ſpecie ferē apparuiſ/ſe. Queȝ vir dei ꝑ ſpūm ꝓtinꝰ agnouit ⁊ ait ad eū. Quo ꝑgis. At ille rn̄dit. Ad exeq̄as impatoꝛis ꝑgo. Cui ille ait. Vade ⁊ comple negociū tuū q̄ntū a dn̄o tibi ꝑmittit̄. Verū/tn̄ cōſūmato officio tuo adiuratꝰ ꝑ deuȝ vi/uū ad me reuertere. vt ꝑ te rei exituȝ poſſim cognoſcere. Poſt modicū v̄o reuerſꝰ coꝛaȝ ſuo dei gemebūdꝰ aſtitit. ⁊ voce querula cū ingenti eiulatu dixit. heu heu deluſi ſumus. inuanū laboꝛauimꝰ. q̄n etiaȝ ab angelis dei ꝯfuſi diſceſſimꝰ. De h require in legēda ſā/cti laurentij martyris.

CXCIX

## De ſancta Barbara.

Erat tempoꝛe maximiani impatoꝛis vir q̄dā gētilis in nichomedia nobilitate generis ꝑclarꝰ ac tēpaliū rerū habūdantia ſūmꝰ noīe dioſcoꝛꝰ. cui erat filia ſpecioſiſſima noīe bar/bara. Ipa āt q2 erat coꝛpe pulcerrima. eam pater plurimū diligebat. quapꝑter recluſit eā in turri altiſſima quā eideȝ edificari fece/rat. ne ab aliq̄ hoīe videret̄. Erat āt btā bar/bara ingenioſa. ⁊ a tenera etate vanas cogi/tationes relinquens. cepit diuina cogitare. Cū ei ſemel templū itraret vidēs ſimulacra parentibꝰ ſuis ait. Quid ſibi volūt he ſimili/tudines hoīm. Reſpondēt parētes. Taceas nō hoīm. ſȝ deoꝝ ſūt. ⁊ volūt adoꝛari ꝑ illud q̄d neſcit̄ ⁊ q̄d nō videt̄. Barbara dixit. Fue/rūt q̄ndā hoīes q̄s nūc colimꝰ. Rn̄dent ita. Ex h btā barbara die noctuqȝ replicabat ta/cita dicens. Si hoīes fuerēt dij nr̄i. ergo na/ti ſūt vt hoīes. moꝛtui ſūt vt homies. Si dij eēnt nec nati fuiſſent nec moꝛtui. q2 deitas vt mihi videt̄ nec cepit nec deſinit eē. Homo et hȝ oꝛiginē tre. q2 tra ē materia eiꝰ Si ergo hō de tra ē. ⁊ hō dēs ē. ergo aliq̄d ꝑceſſit eum q̄d eiꝰ oꝛigo ē. ſic aptiꝰ diceremꝰ terrā deuȝ. Sȝ q2 nec tra a ſe ē. nec celū a ſe. nec aera a ſe nec aqua a ſe. ex q̄bꝰ q̄ttuoꝛ elemētis conſtat hō. ſed creature ſūt. neceſſe ē hīs eē creatoꝛeȝ Ecce q̄nta ſapīa in tā iuuenili puella. Tādē tradita ſtudijs liberalibꝰ alta trāſcēdebat. ſȝ deſuit ei noticia veri dei. vanos aūt deos oc/culte ſp̄reuit. Et cū vidit dijs ſcȝ lignis ⁊ lapi/dibꝰ flectere genua ſenſibilia inſenſibilibus mutis. animo valde coꝛrexit. Idcirco venit rumoꝛ laudis nichomediā clamās. ſapien/tiſſimū viroꝝ alexandrie foꝛe. ſcȝ oꝛigenē. cꝰ facūdia totā terrā ꝑfūderet q̄ veris indicijs daret cognoſcere verā deitatē ⁊ ydoloꝝ ꝯfū/deret vanitatē. Hec audiēs btā barbara mlt̄ tū gauiſa ē in domo pectoꝛis ſui. et cepit ſe/dule tractare q̄ genere poſſet eū adire. Erat ei pater eꝰ nobilis ⁊ valde potēs. ergo miſte/riū ſuū ei nō reuelauit. Cū neminē curatoꝛē haberet recurrit ad h ꝯſiliū vt lrās eidem ſa/pientiſſimo oꝛigeni dirigeret ⁊ ſecretū ei pa/tefaceret in h v̄ba. Viro alexandrie nobilita/te animi longe lateqȝ ꝯſperſo oꝛigeni. barba/ra nichomedie tua ancilla. Decus et hono/rem deſiderij mei accepi foꝛe te vere diuini/tatis oſtenſoꝛē. A p̄ma eni ſcintilla ingenij mei cum toto coꝛde cōcupiui. vt ad veri dei noticiā ꝑuenirē. mente ꝯcepi nullā deitateȝ ineſſe lignis et lapidibꝰ. q̄ humana arte cō/poſita ſūt. q̄ nō recipiunt ſenſibilitatē. et nec loqui nec audire poſſunt. vn̄ ſemꝑ pertra/ctaui eē falſos deos. nec hoīes poſſe eē deos quia homo incipit et deſinit eē. deus autem

ante tp̄a fuit. nō ergo vnq̄ȝ deos crede potui
q̊s hoīes mortales cognoui. In m̄l'tis tam
motibus poſita ſꝑ deū nob̄ ignotū ꝑcul du
bio eē putaui. q́ ſolꝰ cūcta fec̄. quē ſꝑ amaui.
huic me ſꝑ deuoui. a q̊ ſū id q̊d ſū. niſi me ſen
tētia fallit. cꝰ ſpū aīataȝ me ſentio. nec deſiſtā
donec ad eū ꝑtingā. Quapꝓpter fame tue tu
multu ꝑculſſa. pat̄ venerabil'. mentē meā hiſ
aptiꝰ voluere cēſui. Illū deū ſolūmō veſtiga
re cꝰ cognitōeȝ apd̄ te eē cognoui. Vn̄ ſi ita
ē vt fama refert ſupplices offero p̄ces q̄tenuſ
diſcutē digneris noctē ignorātie chaos ꝯfu
ſionis ab ancilla tua. ⁊ inducere ſolē iuſticie.
lumēqȝ diſcretōis. Appeto eni verū deū ſcire
q́ fecit viſibilia ⁊ īuiſibilia. ⁊ vtꝝ vere vnꝰ ſit
vt ipa iā nc̄ dudū mecū argumētata ſum. ⁊c̄
Hāc ep̄laȝ direxit alexandriā ad origeneȝ p̄
ſbyterꝝ q̄ ē ī ꝑtibꝰ affrice. caput regiōis illius
lōge diſtans a nichomedia. Ne āt ꝓuaret le
gatōe quā legauerat. ad deū quē nouerat ī
cubiculo cordis ſui lacrimas fudit dicens.
Dn̄e firma pedem eꝰ quē ad famulū tuum
miſi. ne aut me aut illum mors preueniat.
vſqȝ re legatio veniat. His et alijs poſtulati
onibus quibus deuote poterat nuncius
alexandriā īgredit̄. origenē reꝑperit ī palatio
mā mee matris alexandrie ceſaris. vbi occu
pat̄ in docēdo xp̄ianā religionē. Qui leticia
magna lr̄as barbare accepit. laudās deuȝ q́
hmōi ſemē ſuſcitabat ⁊ talia opat̄. Et ſtatim
origenes doctor p̄ſtātiſſimꝰ accelerat et edi
dit deſideriū barbare ī hūc modū. Origeneſ
veri dei indignꝰ ſacerdos. ⁊ vt poſſibile eſt
oſtēſor eiꝰ adhuc et alexandrie nūc degens.
Barbare barbarice gētis adoptōeȝ filiorꝝ dei
et ihū xp̄i verā ſaluteȝ. Sic̄ ſcp̄ſeras ſcire te
velle verū deū q̊s ſit. Scire debes ꝙ vnꝰ eſt
verꝰ d̄s in ſubſtātia. ⁊ trinꝰ in ꝑſonis. ſ. pater
et filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ. q́cūqȝ h̄ oīa credit oīno
hȝ q̊ ad deū ꝑtinḡe poſſit. Tu āt hec ītellige ⁊
ītellecta crede. et ſi q́d defuerit ad plenitudi
nē deſiderij in legato req́re q́ te legē ſanctaȝ
erudiet. et libros q̊s ſecum defert tibi leget.
Non et dubites te ꝓ noīe xp̄i multis tormē
tis tradi. Ipe ei dic̄ voce euāgelica. Qui ꝑdi
derit aīaȝ ſuā in h̄ mūdo ꝓpt̄ me. in vitā eter
nā cuſtodiet eā. Origenes miſit vnū ex plu

ribꝰ cū nūcio barbare ad barbarā q́ modū
magno deſiderio eiꝰ daret. Preceſſit nūcius
barbare et nūciauit nūciū virū dei adeſſe. fe
cit ⁊ ꝑmiſit eū foris ſtare vtrū ꝯueniēs eſſet
eū intrare. Tūc illa hoīeȝ aduocari fec̄. Qui
ingreſſus offerēs ſalutatōem in xp̄o. Illa aſ
ſurgēſ inclinat̄. et tā dei nomē q̄ȝ hoīeȝ vene
rat̄. Pater eiꝰ grā viſitatōis ad eā venit. vi
dēs virū ignotū tremēs inq̄t. q̊s h̄ et cur h̄.
Rn̄dit. Alexandrinꝰ medendi arte ꝑitus. q́
ſpondet magiſtrum ſe habere alexādrie. q́ ꝯ̄
plus medicorꝝ et aīas curat. Pater audienſ
receſſit. ⁊ ꝯceſſit fieri cū ea colloq́a. Tūc valē
tinuſ ſacerdos ⁊ barbara ꝯferūt īter ſe ſua mi
ſteria. Ibi tūc ꝑlecta ep̄l'a et bn̄ docta quod
defuit ep̄l'e ad plenitudinē deſiderij a legato
queſiuit et ad libitū inuenit. Cognito autē
q̄uō pat̄ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ ſit ſolꝰ d̄s. ⁊ q̄uō
filiꝰ miſſus ſit a pr̄e. et ꝑ ſuſceptā humanita
tē hoīeȝ ꝑditū reuocaſſet. captiuū redemiſſȝ
⁊ ꝑ ſacrū lauacruȝ eiꝰ pctā lauiſſet. accelera
uit ad baptiſmi grāȝ. et ab eodē p̄ſbro valen
tio quē origenes ad eā miſerat baptizata eſt
in turri. in q̄ eā pater poſuerat. Ampliꝰ q̄ dī
erāt queſiuit et q̄ ſurſū ſūt cupiēs. libros q̊s
ei origenes miſerat freq̄nter legit. ⁊ vald̄ cre
uit ī ſciētia diuinorꝝ etiā ſine magiſtro et in
ſapiētia diuīa. Legit̄ et de ea ꝙ q̄r pulcra fuit
q́dam de optimatibꝰ t̄re illiꝰ. patri eꝰ locuti
ſūt vt virū ſibi acciperet. Ipe v̊o accedēs ad eā
in turrim ꝑſuadebat eā dicēs. Filia mea qui
dā de potentibꝰ cōmemorati ſūt mihi de te.
vt acciperēt te in ꝯiugio. q́d ergo vis de hoc
Ipa v̊o intuita pr̄ē cū ira dixit. Ne cogas
me h̄ agere pater. At ipe receſſit ab ea. Deſcē
denſqȝ inſtituit multitudinē artificū q́ face
rēt lauacrū. ꝯſtituit q̄uō fieri debuit. tribuēſ
ſingulis mercedē ī integrū. ꝓfectuſqȝ ē in re
gionē longinquā. Deſcēdenſqȝ famula dei
de turri videre opus q̊d factū ē. vidit cōtra
ſeptentrionē duas ſolūmō feneſtras. Dixit
artificibꝰ. q̄re duas feneſtras īſtituiſtis. Di
cūt ei pater tuꝰ diſpoſuit. Quibꝰ illa. Facite
et mihi aliā feneſtrā. Qui dixert̄. Timemuſ
dn̄a ne īdignet̄ pater tuꝰ ꝯ̄ nos. Dicit eis fa
mula dei. Facite mihi feneſtraȝ. ego de hac
q̄ſcere faciā pr̄eȝ meū. Ipi v̊o fecert̄ aliaȝ fe

neſtrā. Perābulās vͦo barbara ī natatorio ꝯtra orientē. inſtituit in marmorib⁹ eius digito p̄cioſam crucē. Depoſt aſcendēs ī turrim vidit ſimulacra q̄ colebat pater e⁹. ſuſcipiēs ſpūm ſanctū inſpuit in faciē eoꝝ ⁊ dixit. Similes veſtri fiāt q̄ faciūt vos. ⁊ oēs q̄ cōfidūt ī vobis. Finitoq3 ope reuerſus eſt pater e⁹ de pegrinatōe ⁊ ꝯtēplat⁹ tres feneſtras dixit artificib⁹. Quare tres feneſtras inſtituiſtis. Dicūt ei. Filia tua ſic nobis precepit. Ipe vͦo ait filie. Tu imperaſti tres feneſtras fieri. At illa. Etiam. Etenī bene feci. Nā treſ feneſtre illumināt totū hoīem. Et aſſumēs eā pater e⁹ deſcendēs in natatorio et dixit ei. Quō abūdāti⁹ illumināt tres feneſtre duabus. Illa rn̄dit. Tres ſūt mundū illuminantes ⁊ ſtellarū curſū regulātes. pater ſcꝫ filius et ſpūſſanct⁹. et hi tres vnum ſūt in eſſentia. Tunc furore replet⁹ pater tulit ſpatam ſuā vt eā occideret. Ipa āt orabat ad dn̄m ⁊ abſciſſa ē petra ⁊ ſuſcepit eā intus. et eiecit eam ſup montē in q̄ duo paſtores erāt paſcētes oues ſuas. Et illi ꝯſiderauerūt q̄ btā barbara a facie pr̄is extra petrā fugeret. Pater āt e⁹ queritando diſcurrēs veīt ad p̄dictos paſtores. inquirēdo vtrū vidiſſent barbaram filiā ſuā. Unus āt eoꝝ ꝯſiderans irā pr̄is iurauit ſe neſcire eā. Alter vͦo digito eā pdidit. Beata āt barbara pditori ſuo maledixit. et ſubito ipe verſus eſt in ſtatuā marmoreā et oues ei⁹ in locuſtas mutate ſūt. Ħ apocrifū eſt. At pater eā reperiēs flagellauit ⁊ coma traxit. eā cathenis ⁊ claue recluſit. vt n̄ aperiret ei quiſq3. cōſtituitq3 cuſtodes vſq3 dum abiens nūciaret p̄ſidi marticiano. Audiens ergo p̄ſes iuſſit eā pn̄tari. Preſes āt videns mirā pulcritudinē ei⁹ dixit ei. Qͦd vis. parce tibijpi ⁊ ſacrifica dijs. aut acerrimis tormētis traderis. Cui illa. Ego habeo ſacrificare deo meo ihu xpo q̄ fecit celū et terrā et mare et oīa q̄ in eis ſūt. De demonib⁹ tuis dicit pheta. pſal'. cxiij. Os habent ⁊ nō loquentur oculos habēt ⁊ nō videbūt. ⁊c. Similes illis fiāt q̄ faciūt ea ⁊ oēs q̄ ꝯfidūt in eis. Tūc preſes furore replet⁹. iuſſit eā expoliare. ⁊ carneſ ei⁹ neruis thaurinis ſine miſc̄dia diſcerpere ita vt oē corpus ei⁹ inquinaret̄ ſangne. ⁊ iuſſit eā carceri recludi quaten⁹ tractaret quo pena eā ꝯſumeret. Media nocte circūfulſit eā lux de celo in q̄ apparuit ei xp̄s dicēs. Cōfortare filia. quoniā copioſū fit gaudiū in celo ⁊ in terra ſup paſſione tua. Non ergo me tuas minas tiranni. ego eī ſū tecū vt eruam te ab oīb⁹ plagis q̄ inferunt̄ tibi. Et ſtatī oēs plage nuſq3 apparuert̄. Gaudebat āt ⁊ exultabat btā barbara ſup exhortatōe dn̄i. Mane facto iuſſit p̄ſes afferri eā. Et intuēs quia illata ei tormēta nuſq3 comparuert̄. dicit ei. Ecce quō repropiciati ſūt tui dij tibi et diligūt te. q2 plagas tuas ſanauert̄. Rn̄dit barbara. Similes ſūt tibi dij tui ſurdi ceci ⁊ muti. Et quō plagas meas curare poteri . qui ſibijp̄is remediū ꝯferre nō poſſūt. Me aūt q̄ curauit ē xp̄s fili⁹ dei viui. quē tu nō videſ q2 induratū ē cor tuū a dyabolo. Tūc p̄ſes vt leo fremēs iuſſit carpere latera ei⁹ ⁊ lāpades ardētes applicari ei. et malleo caput ei⁹ cedi. Ipa āt intuita in celum dixit. Tu noſtri cordis cognitor dn̄e. q2 amoris tui occaſione patior. me ergo ne derelinquas. Pro te vͦo has plagas fortiter ſuſtinui. Tunc iuſſit impi⁹ preſes gladio abſcidi mamillas eius. Que aſpiciens in celū ait. Ne pijcias me a facie tua dn̄e. et ſpūm ſanctū tuū ne auferas a me. Cū āt hanc plagam fortiter ſuſtineret. iuſſit eā nudā circuire regionē illā. et plagis inferentib⁹ flagellari. At martyr xp̄i videns in celū ait. Dn̄e de⁹ q̄ operis celū nubibus. adiutor ⁊ ptector me⁹ eſto. et tege nudatum corp⁹ meū. ne videat̄ ab oculis impioꝝ virorū. Hec dicēs. deſcēdit angel⁹ dn̄i. operiens eā ſtola candida. Hoc cū videret impius p̄ſes. pcepit eā gladio trucidari. Tunc furore repletus pater ei⁹. ſuſcepit eā a p̄ſide. et perduxit eā in montē. At vͦo ipa gaudens ſup Ħ feſtinabat. vt pfectū vite eīne brauiū acciperet. Et adducta in montē orabat ad dn̄m dicens. Dn̄e ihu xp̄e cui oīa obediūt. preſta mihi hāc petitōem. vt ſi quis memor fuerit noīs tui et famule tue faciēs memoriā paſſionis mee. Dn̄e ne memineris pctōꝝ eius in die iudicij ſꝫ ppici⁹ eſto ei. tu enī ſcis q2 caro ſum⁹. Et facta ē vox de celo ad eā dicēs. Veni pulcerrima mea. reqeſce ī cubilib⁹ patris

mei q̄ eſt in celis q̄d poſtulaſti donatū ē tibi Quo facto martyr xp̄i ad locū ſupradictū venit. et ibi martyriū ſuū finiuit. a p̄p̄o eniz p̄re decollata ē. Patre ei⁹ de mōte deſcēdente. ignis de celo deſcendit ꝛ cōbuſſit eū. ita vt nec puluis e⁹ īueniret̄. Finita ē āt ſcā martyr xp̄i barbara cū ſctā iuliana q̄rto die menſis decēbris. imp̄āte maximiano. ꝛ p̄ſidēte marciano. ¶ Fuit vir nobilis comes ſaxonie q̄ inimicū ſuū captiuauit. quē ſtatī in turrim recludi fecit. et familie ſue ſub pena magna mādauit. ne ſibi aliq̄s cibū l' potū miſtrarz vt ſic eo citi⁹ moreret̄ fame. Cūq3 p aliquot tp̄s ſine cibo ꝛ potu māſiſſet. cuſtodē turris voce lugubri ꝛ lamentabiliter rogauit. vt ei modicū daret de pane ob reuerentiā glioſe v̄ginis barbare ne ſic fame moreret̄. Cuſtos nec clamorē nec p̄ces aduertebat. ꝛ ſic p aliq̄d tp̄s iacebat. ꝛ nemini r̄nſum dabat. Cuſtos v̄o eſtimabat illū iam mortuū. Rogauit ergo dn̄m vt illuz extrahi p̄mitteret p̄uſq3 corp⁹ mortuū exalaret fetorē. Iniecerūt igit̄ funē in collū detenti. et ad ſūmitatē deducentes ſic eū de alto p̄iecerūt. Qui cū ad terrā p̄ueniſſz. ſtatum ſe erexit. ꝛ oēs q̄ aderāt h̄ videntes in fugā ꝯuerſi ſūt. Quos ille dulciter monuit. ac p̄pter deū rogauit. ne fugerēt. ſz vt p̄pi⁹ accederēt. Et cū acceſſiſſent ad eū. interrogauert̄ eū q̄uō h̄ fieret. aut q̄uō viuere poſſet. Quib⁹ ille r̄ndit. Btā v̄go barbara me in oīb⁹ anguſtijs meis cuſtodiuit. et in ieciōne turris ſuis ſanctiſſimiſ manib⁹ me ſuſtentauit. et mori nō poſſum niſi ꝯfeſſus ꝛ ſacra cōione munit⁹. et inunct⁹. Interrogatus vn̄ hāc grāz haberet dixit. Ieiunijs ꝛ orationib⁹ oī die. oī anno honoraui eā. et hanc grām mihi apud deū obtinuit. vt mori non poſſum abſq3 ſacramentis. Quib⁹ p̄ceptis ſtatī ſp̄ūm exalabat. ¶ Aliud exēplū legi⁹ Tempe ſereniſſimi adolfi regis romanorū. accidit vt q̄dam comes ex mādato regis in p̄tib⁹ oriētalib⁹ p̄ſideret. Habēte v̄o tempe famul⁹ q̄dā de p̄ſapia militari. q̄ v̄ginē violauerat incuſat̄. Qui capt⁹. vinculis incluſus q̄uſq3 cogitaret d̄ ꝯſilio nobiliū. ac ciuitatis q̄ ꝯ eū eēt ſn̄ia facienda. Et tp̄e ſtatuto oēs ꝯuenert̄. ꝛ iuuenis adduct⁹ ē. q̄ intime rogauit vt ꝯfiteret̄. Uocat̄ ꝯfeſſor. Audiēs eū. innocentē ip̄m inuenit. Un̄ ꝯfeſſor eū induxit vt btē barbare p̄petuū ſeruitiū voueret. nec ad domū veniret ꝛ rediret. niſi p̄us locū antiquū culmē in pruſſia viſitaret. Qd̄ et iuuenis fecit. Interea mulier clamās iudiciū implorat. Iuuenis ille ad iudiciū ducit̄. Iudex querit de ſn̄ia. Iuuenis iam de vita ſua deſperās. q̄dam ignot⁹ acceſſit quē nemo nouit. exhortās iuuenē vt iudicez rogaret ip̄m ſuū v̄bū loq̄. Qd̄ factū ē. Tūc tota vniuerſitas cucurrit. q̄ ꝛ qualiter ille deſpectus vellz fari. Et rōnabilit̄ oñdens p̄latā ſn̄iaz ꝯ iuuenē eē nullā. ꝛ ꝯſtāter p̄bās. q̄ oēs tā nobileſ q̄3 ciues ꝛ omēs q̄ aderāt illud verū eē dicebāt. ꝛ ſic ſn̄iaz reuocauert. q̄r vltra hūanum ſenſū p̄tulit q̄ null⁹ ꝯdicere potuit. Et cū predict⁹ iuuenis añ tribunal exiſtebat. p̄ nimio gaudio proſternere ſe volēs caſu accidit vt collū iudicis amplecteret̄. Qd̄ videntes ſerui iudicis. hoſtilit̄ irruert̄ i eū. Hoc pat̄ et amici vidētes deſperati flētes et lamētantes. q̄ſi mortuū eum reliquert̄. Qd̄ itelligēs ꝯfeſſor ſu⁹ ꝓuidenter amicis ſuis ait. Nequaq3 ſic d̄ bñficijs btē barbare diffidētis. q̄a veraciter ſcio q̄ ſan⁹ ē. ꝛ nullā patīt corporis moleſtiam Accedētes pater ꝛ amici ei⁹ cum feſtinatōe nullū veſtigiū vulneris inuenert̄ in eo. Gratulabant̄ illi et meritis ꝛ bñficijs btē barbare ei p̄ſtitis. et magnifice eam laudauerūt. ꝛ ſic iuuenis tandez in ſeruitio beate barbare vitā ſuā finiuit.

CC

## ¶ De ſancta Brigida.

Sancta brigida uirgo religioſa vidēs ſibi inſtare tēp⁹ deſponſatōnis. dn̄m rogauit vt aliquā deformitatē ſibi īmitteret. vt ſaltē h̄ mō p̄cerū inſtantiā vitaret. Tūc vn⁹ ocul⁹ eius crepuit. ꝛ liquefact⁹ ē i capite ſuo. Accepto ergo ſacro velamie brigida cū alijſ v̄ginib⁹ ſacris velatis ꝛ deo deuotis in oppido medi extitit. vbi dn̄s ei⁹ orōne plurima dignatus eſt facere miracula. ¶ Hoſpitē q̄ndaz marcū noīe ſanauit. ¶ Decē ꝛ octo eccleſijs de vno modio ceruiſiā a cena dn̄i vſq3 in finez

paſce ſufficienter miſtrauit. Leproſo cuidaꝫ
petẽti lac.cũ nõ haberet aquã frigidã porre=
xit.ſꝫ ĩ lac aqua ꝯuerſa ẽ.eoqꝫ hauſto puella
qdã ſanata ẽ.Deinde leproſũ curauit.duoſ
cecos illuminauit. ¶Cõtigit vt cã cogente
iter faciẽs in vadũ fluuij laberet̃ ⁊ fracto ca
pite ſanguis emanauit.q̃ mulieres due mu
te linite vocẽ receperũt.Poſt h̃ vas p̃cioſũ
regis a manu ruſtici lapſuꝫ diſſiluit ⁊ ne ru
ſticus damnaret̃ a brigida ĩtegruꝫ reſtitutũ
eſt. ¶Cunqꝫ mulier q̃dã leproſo poma ne
garet.Brigide p̃cibꝰ pomeriũ fũditꝰ exaruit
⁊ poma nouiter intus relicta penitꝰ euanu
erũt.Hinc iter faciẽs ĩ curru.vidit pauperes
q̃ndaꝫ cũ familia ſua multo ſudore ligna fe
rentẽ.⁊ miſerta dedit illi eq̊s ſuos. ¶Et illa
cũ puellis ſuis iuxta viã cõſedit ⁊ ait. fodite
ſub ceſpite ꝓpinq̊.vt aqua ꝓrũpat ꝑpt̃ ꝑegri
nãtes.mox ceſpite eiecto fõs ꝓſiliẽs emana
uit.Hoc facto dux inde trãſiẽs brigide duoſ
equos dedit. ¶Appropinq̃nte die paſce di
xit brigida puellis ſuis. q̃ lauabit infirmas
nr̃as ſorores.Cũqꝫ ille vtpote iuuẽcule oẽs
recuſarẽt.brigida ĩtrauit maĩbꝰ illas lauanſ
⁊ ab ĩfirmitate ſanauit.q̃r vna erat paralitica
alia demoniaca.alia leproſa. ¶In domo q̃
dã aliena ſctã brigida manẽte.caſu ꝯtigit vt
oẽs exirẽt.⁊ venert̃ q̃dã petẽtes panẽ.⁊ brigi
da circũſpiciẽſ dixit puero ꝓpe cubãti paraliti
co ⁊ muto q̊d tñ ipa ignorabat.puer ſcis vbi
ſit clauis.⁊ ille rñdit.ſcio.dixit ei brigida. ſur
ge ⁊ miſtra ill'.⁊ factũ ẽ ita ¶In domo vna
xij.ĩfirmos curauit ¶In ꝯcilio magno mu
lier q̃daꝫ vni ep̃o crimẽ ſui ꝑtus ĩpoſuit.cui
cũ btã brigida os ſigno crucis ſignaſſet illa
ĩtumuit a vertice capitis vſqꝫ ad plantã pe
dis.nec tñ v̾itatẽ ꝯfeſſa ẽ.Dixit.dic infãtule
q̇s ẽ pater tuꝰ.Et ille rñdit.Ep̃s pater meuſ
nõ ẽ.ſꝫ q̇dã ĩ extrema ꝑte ꝯcilij vltimꝰ et tur
pis et vilis. ¶In diebꝰ illis veĩt ad ſctãꝫ bri
gidaꝫ q̃dã v̾go q̃rens elemoſinã ab illa.Cui
brigida dixit.Accipe vaccã meam ⁊ abduc.
Cui illa rñdit.Vacca mihi nihil ꝓdeſt.veni
ent ergo latrones ⁊ auferẽt eã mihi.Brigida
dixit.Accipe cingulũ meũ et eo aq̃ intincto
ſpargẽs ⁊ ſanabis ĩfirmos.Quo arrepto le
ta abijt ⁊ ab ĩfirmiſ ſanatis lucram'ta ꝯtrit ⁊
paupꝑibꝰ xp̃i diſtribuit ¶In t̃pe famis brigi
da ꝑrexit ad ep̃m ibor̃ vt ab eo peteret ſugeſ
Ille t̃pe q̃dragesime cũ aliũ ñ haberet.paneꝫ
durũ cũ lardo ꝓpoſuit.⁊ illa cũ ep̃o comedit
Due ãt illiꝰ puelle nolẽtes carnẽ comedere
abſcõdert̃.ſꝫ ille verſe ſũt in duos ſerpentes.
vñ grauit̃ a brigida corã ep̃o increpate ſunt
Tũc eis penitẽtibꝰ ill'orãtibꝰ ſerpẽtes muta
ti ſũt in paneꝫ.Poſt m'lta talia admiranda
brigida migrauit ad dñm.

CCI

## ¶De ſancto Gangolfo.

Gangolfꝰ ex nobili
genere burgũdie oriundꝰ fuit.Qui
q̃dã vice ĩ cãpania ad fõtẽ veniens
et de aq̃ bibẽs.venit dñs loci vbi fõs emana
uit.et ei fontẽ venalẽ exhibuit.Scũs v̾o me
mor illiꝰ v̾bi dñici.Si dixeritis huic monti
tolle te.⁊c̃.emit fontẽ centũ ſolidis. Cũ aũt h̃
vxori domũ veniẽs narraret.et ab ea deriſꝰ
baculũ quẽ maũ tenebat ſolo infixit.q̊ retra
cto ſtatĩ fons erupit.ſic ille quẽ emerat.⁊ in
loco vbi ĩ cãpania fuerat nunq̃ꝫ plꝰ emana
uit. ¶Vxor aũt eiꝰ a q̊dã clerico nephario
polluit̃.ita q̊d ꝯ h̃ eam ſupbis ĩterpellaret.⁊
ipa inſtant̃ negaret.Immitte inq̃t manũ in
fonteꝫ vt d̾s q̇ cũcta videt v̾itatẽ oñdat.Illa
ĩperterrita ĩmiſit.ſtatim carneſ vſqꝫ ad oſſa
depẽdebãt.Tũc ille.morte q̊dẽ dignẽs.ſed et
q̇ cũcta iudicat reſeruo te.Clericꝰ v̾o mulie
ri adherẽs q̃dã nocte ceruicẽ gãgolfi abſcin
dere volẽs.ipm in coxa vulnerauit.Qui pꝰ
aliq̊s dies ſũpta cõione ad dñm migrauit.
q̇ miraculis multis claruit.Clericꝰ v̾o vt iu
das mortuꝰ crepuit mediꝰ.Vxor ãt gãgolfi
cũ audiuit q̊ maritꝰ eiꝰ egros ſanaret rñdit.
Sic fac̃ v̾tutes gãgolfus.ſic anus meꝰ.ſtatĩ
a ꝑte illa turpis ſonꝰ ꝓdijt.Taliqꝫ deinceps
ſubiacuit oꝓprobrio.vt oĩ vita ſua eodeꝫ die
ſcꝫ ſexta feria q̊t v̾ba ꝓtulit.tot turpes ſonos
ab illa ꝑte emiſit.

CCII

## ¶De ſancto Udalrico.

Udalricuſ ex nobi
li alemano rũ genere ortꝰ in mona

ſterio ſancti galli enutrit᷑. vbi dū habitū vellet accipe. ab incluſa ꝓhibet᷑. dicente ſibi ꝙ futur⁹ eēt eps ī auguſta. Qđ pcedēte tpe factū eſt. ¶ Quadā vō die cū ſctō cōrado ꝯſtantienſi epō ad menſā ꝯſedit. a q̄ ꝯſurgens ter miſſā celebrauit. qđ dū cōrado īnotuit dixit. Nemo illi hodie ſaturior ad miſſā acceſſit credēs eū comediſſe. ¶ Per oleum in cena dñi ab eo ꝯſecratum multi ſūt ſanati ⁊ oculi plurimi illuminati. ¶ Quodā tpe ī die ſcti iohis baptiſte graui īfirmitate oppreſſ⁹. duo iuuenes aſtiterūt ei. q̄ꝝ vn⁹ ait. Quare nō ſurgis. debes enī ad ſanctū iohēm miſſā hodie celebrare. Qui ſurgēs bis eodē die celebrauit. Poſt multa miracula anno dñi nōgenteſimo. etatis ſue octogeſimotertio. ordinationis ſue quīquageſimo migrauit ad dñm. Cui⁹ corp⁹ cū ad lauandū fuit denudatum tāta fragrātia ᵭ eo emanauit. vt cūcta pectora aſtātiū repleret᷑. Portat᷑ igit᷑ ad eccīam. ſupueīt wolfgang⁹ ratiſbonenſ epē. ⁊ ipm ī eccīa ſctē affre honorifice ſepeliuit.

CCIII

## De ſancta Affra.

Affra filia hilarie cui⁹ ꝓgenitores a cypro venerūt cū eēnt cultui veneris dediti. ipſa cum ancillis ſuis meretricio ſe dedicauerat. Harū ꝓſtibulū narciſſ⁹ eps cū felice dyacono ꝑſecutōem dyocleciani deuitās. ignorās ingreſſus eſt. Et pmo ꝓ turpi amatore ſuſceptus ē. poſtea xpianoꝝ epus cognit⁹ Affra pedib⁹ epi aduoluit᷑. ⁊ ſtatim conuertit᷑. De mane xpiani querūt᷑. ſ; affra ſub lini faſcicul' eos abſcōdit. Tūc affra epm ad hilariā matrē ſuā ducit. q̄ et aduoluta pedib⁹ ei⁹ efficit᷑ xpiana. Tūc clamat demon ſup epm ſe iniuſte a ſuis habitatōib⁹ expelli ⁊ recuſat abſcedere. niſi aliq̄ aīa ſibi in ptātē; detur. Datur ergo ei draco magn⁹ ab epō in faucib⁹ alpiū quē ſtatim demon occidebat. Tūc narciſſ⁹ domū hilarie in eccīa; ꝯſecrauit. ⁊ dioniſiū auunculū affre epum ordinauit ī auguſta. Affra vō cū ſolita exercere negligit. gayo iudici accuſat᷑. Cui dum iudex pagan⁹ diceret deū xpianorū meretrices abhorrere. ⁊ xpm habitare in talib⁹ nō poſſe. Affra reſpōdit. Chriſtu; ꝓ pctōrib⁹ veniſſe. Iubet᷑ in inſula lici fluminis cremari. mater autē; et ancille dum eam ſepeliſſent. ibidem cōprehenſe in igne cremant᷑.

CCIIII

## De ſancto Oſualdo.

Oſualdus rex anglorꝫ fili⁹ acbie. ſororis ſancti admūdi regis q̄ ⁊ ꝓ xpo occubuit. fuit vir magnarꝫ elemoſinarꝫ. In die paſce ab aydano lindiſfranenſis diuina audiēs. ⁊ cū liguā ignoraret rex ipſō īterptabat᷑. Et die dū pauperes ꝯfluerent. et iam oīa victualia eēnt diſtributa. diſcū argenteū fecit ꝯfringi. et dari egenis. Cui epūs ꝯgratulans. manū ei⁹ oſculabat᷑ dicēs. nūq̄; inueteraſcat hˢ man⁹. et factū eſt ita. Permanet enī vſq; hodie. Qui etiā die ac nocte vacabat diuinis. et aut ſupinis aut flexis genib⁹ grās agebat. Fratre ſuo camfrido ab impijs pempto. ducem britonū cum multis ſup ſe venientē ipē erecto crucis vexillo et flexis genib⁹ ſupauit. Nono āt regni ſui āno etatis vō xxxviij. rex mericiorꝫ q̄ anteceſſorē ſuū pemerat. ipm in prelio occidit. et caput cū manibus ⁊ brachijs ignominioſe ſtipiti ſuſpēdit. q̄ poſtea multis claruit miraculis. ¶ Scolaſtic⁹ quidā bona dicēs. ⁊ mala faciēs ad extrema ꝑductus. vidit ſe ad inferos duci. īuocat auxiliū oſualdi. et allata ſibi particula pali in quo caput oſualdi cum manibus pependit. et in aqua benedicta poſita et eo potato vitā obtinuit ⁊ ſalutem.

CCV

## De ſancta Tecla.

Tecla ſponſa thamiri. ſedēs in feneſtra ſua audiuit paulū q̄ yconiū venerat de virginitate pdicantē. illi adheſit. Tyrus inibi preceſſerat ⁊ paulū ſic deſcpſit. Statura breuis. capite robuſto. ſupcilijs iūctis. naſo aq̄lino grā plen⁹. Tūc mater tecle filiā cū aplo accuſauerat. vñ ambo ad pconſulē trahūtur. matre ꝯtra filiā clamante. q̄ ſponſum ſuū;

contēnit ⁊ huic adheret. Tūc paul⁹ expellit᷑. et tecla igni iniecta illeſa exiuit. ⁊ inueīt paulū p ſe orantē. ⁊ statī ſequit᷑ antiochiā. Ibiqꝫ a quodā ꝯcupiſcit᷑. ſed vidēs ſe ꝯtēni p ſacrilega iudici tradit᷑. Sequenti die tecla inter leones ⁊ leenas ⁊ vrſos ꝓijcit᷑. ſed oēs ſe inuicē interficiūt. et vgo illeſa ꝑmanſit. Tunc in aquā inter feras ꝓijcitur. et dixit. In no. pa. et filij ⁊ ſpūſſancti ſit mihi hec aqua fons baptiſmi et oēs fere ſtatim moriebant᷑. ¶ Iterum in ampitheatro inter feras ꝓijci crudeliores iubet᷑. ſed pie matrone ꝓfluūt ⁊ odorifera quedā aptant vt fere dormiant ⁊ mitti gent᷑. quib⁹ ſtatim ſoporatis᷑. thauri ferociſſimi adducūt᷑. quib⁹ ignita ferramenta ad genitalia ligant᷑. vt magis ſeuiāt. et vgo ligata inter illos ꝓijcit᷑. ſed illeſa ⁊ cōbuſtis vincul᷑ abſoluit᷑. Deinde iteꝝ cū aplo ſuironā ꝑgit tandem a paulo recta benedictōne ſumpta yconiū redijt. ⁊ ſpōſū mortuū reperit. Mater ei⁹ in ſua nequicia ꝑmanſit. ipa vo multarum vginū mater extitit. et orans ad dñm migrauit.

CCVI

¶ De ſancta Kunegunde.

Ex nobiliſſimo parentū magnoꝝ videlicꝫ auguſtoruꝫ ſanguine duo imarceſſibilis glorie flores emicuert. ſcōs videlicꝫ heinric⁹ romani imperij glorioſiſſimuꝫ dec⁹. eiuſqꝫ digniſſima collectalis pie memorie kunegundis impatrix. Eadē vo hītā et deo dilcā kunegūdis terreno impatori corpaliter. nō carnaliter ꝯiūcta. celeſti regi vginitateꝫ ſuā ꝯſecrauit. quā vſqꝫ in finē caſti ꝯiugis ꝯſenſu deo teſte ꝯſeruauit. Quod poſtmodū diuinitatis teſtimoniū ne lumē in tenebris lateret oſtendit. dum eam ad ꝯfūdendū virginitatis hoſtē ⁊ obſtruendū os mendacium ꝯtra virgineꝫ xpi loquentiū. ſup ignitos vomeres incedere. et illeſam procedere dedit. In faſtibus itaqꝫ ꝯſtituta. ꝯtinentie ſue gloriam ſub terreni clamide imperij ſatagebat abſcondere. vt tanto ꝑpenſi⁹ qnto efficaci⁹ poterat ꝑmoueret. que deo inſtigāte illo qꝫ adiuuante ad laudē ipi⁹ cogitabat ꝑficere.

mos libros cōpoſuit.Qui libri fere cōplent
cētenariū numerū.Habuit aūt tantā a deo
grāꝫ vt dubia aliis occulta ꝑ reuelatōem di
ꝯparētibꝰ ei btīs petro ⁊ paulo cognoſceret
Incēdebat ei dei amore.⁊ ita rapiebat in cō
tēplatōe miſterioꝝ diuinoꝝ.vt ei comeden:
do circa illa cogitaret.et exñs ī mēſa ſci ludo
uici regis putaret ſe eē in ſtudio et cella ſua
Specialit̄ et adiutorio diuīo fretꝰ queſtōeꝫ
difficillimā de ſacramēto corpis xp̄i omibꝰ
mgrīs pariſienſibꝰ ignotaꝫ declarauit. Hic
doctor egregiꝰ ī extaſi ⁊ alienatōe viriū ſen:
ſitiuaꝝ mēte freq̄nt̄ appuit ī deū eleuatꝰ.cor
pore et viſꝰ ē ī orōe exñs vno cubito et aliq̄n
duobꝰ a terra ſurſū leuari. ¶ Quotiēs aūt
vir ſctūs diſputare.leg̊e.ſcribere.vel dictare
aliq̄d vellet ꝓus ad orōeꝫ accedēs.īueniebat
ſic ī ꝓmptu q̄d q̄rebat ac ſi ī libro legeret.Fu
it īſup tantꝰ amor v̓e ſapie vt archiepātum
neopolitanū ad quē eū volebat promouere
dñs clemēs papa q̄rtꝰ recuſauerit.⁊ omelias
chriſoſtomi ſup matheuꝫ ꝑlegerit ciuitati
pariſiēſi.⁊ rōnem reddēs dixit fribꝰ.ciuitas
hꝭ ſi eēt mea ꝓpt̄ curaꝫ regimis.mihi eripet
ꝯtēplatōem diuinoꝝ.⁊ ꝯſolatōeꝫ animi ipe
diret.quā ſcp̄tura ſctā donat. Tādē vō iſte
doctor egregiꝰ florēs ſcia ⁊ doctrina eminēſ
vocatꝰ ꝑ gregoriū papā decimū ad genera:
le ꝯciliū q̄d celebratū fuit lugduni ī kalēdis
maij.Anno dñi.m.cclxxiiij.obijt ī itinere in
monaſterio foſſe noue ciſtercienſ ordis ex:
racinenſ dioceſ nonis martij etatis ſue an:
no q̄nq̄geſimo ichoante. ¶ In obitu āt eiꝰ
nō defuerūt ſigna mirāda.q̄ ſcti doctoris in
dicarēt exitum ex h mūdo ⁊ eterne ſue felici:
tatis demōſtrarēt initiū.Nam ſtella q̄dam
ad moduꝫ comete tribꝰ diebꝰ ante doctoris
obitū ſuꝑ idē monaſteriū viſa fuit et in die.
q̄ ſcō doctore migrāte diſparuit.Dñs etiaꝫ
albertus magnꝰ colonie in mēſa exñs.cepit
ſubito lacrimari.dixitq̄ꝫ aſſiſtētibus. frater
thomas d̓ aq̄no filiꝰ meꝰ in xp̄o q̄ fuit lumē
eccl̄ie ex hac luce hodie migrauit. ¶ Sup
prior etiā foſſe noue patiens ī oculis fere oī:
modā cecitateꝫ.emiſſo voto.adductꝰ ad ſe:
pulcrū ſci corpis ⁊ orans deū meritis ſui ſcī
viſus bñficiū recepit.et clamauit corā toto
ꝯuentu.bñdictꝰ ds q̄ meritis ſcti thome cla
re me videre fecit.Et longo tp̄e poſt viuens
vmbraticenſ eccl̄ie factꝰ ē ep̄s ¶ Manifeſtū
q̊ꝫ miraculū ī duabꝰ trāſlatōibꝰ ſacri corpis
bti thome apparuit.Ex eo ei ꝓdijt odor ſua:
uiſſimꝰ ⁊ fragrātiſſimꝰ.q̊d ſignū fuit ſciētie
ſue diffūdende ꝑ totū orbē.⁊ ip̄m dū viueret
redoluiſſe oībꝰ v̓tutibꝰ.Nullus ei ſtimulus
ſupbie.nec aliq̊s fetor cuiuſcūq̄ꝫ pcti morta
lis eo viuēte exiuit. ¶ Quartodecimo etiaꝫ
āno ab eꝰ felici obitu cū ꝓcioſꝰ theſaurus ſa
cri corpis patefactꝰ eēt.inuentū ē corpus in:
tegrū mēbris ⁊ pānis ſui habitꝰ.ſolaq̄ꝫ naſi
ſūmitas paululū diminuta viſa ē. Odorq̊ꝫ
tantꝰ emanauit.vt oēs monachi inde excita
ti ſuas cellas exirēt ad videndū tantū mira
culū ¶ Eiuſdē ſacri corpis manū dexteraꝫ
dña theodora comitiſſa petiuit ab abbate
monaſterij foſſe noue.quā nō potuit euelle:
re leuit̄ a corpe q̄ꝫuis iā ānis.xiiij.iacuiſſꝫ in
terra.ſed cōpulſus eā ferro detrūcauit.q̄ mi
randū odorē eā venerantibꝰ deuote effūde:
bat.Vñ cū q̄dā vir magne fame āno ab obi
tu ſancti thome.xlij.q̄reret ꝓcioſas reliq̄as

ad reponēdū in qͦdā capella ſcē crucis quaꝫ
edificari fecerat apď ſalernū.⁊ veniſſet in ca
pella caſtri ſācti ſeuerini ſalernitane dioceſ
et ſibi oñſa fuiſſꝫ manꝰ ꝑdicta.eāqꝫ deſperiſ
ſet.ſtatim tremore magno totiꝰ corpis egro
tari cepit.videbatqꝫ ſibi ꝙ hēret caput groſ
ſū ad modū vniꝰ ciſte ⁊ nimis pōderoſū.In
ſe āt reuerſꝰ ⁊ penitēs acerrime de irreueren
tia fcā.cū reuerēter illaꝫ adoraſſet.a tremore
illo ⁊ inflatōe corpis liberatꝰ ē.Quā cuꝫ de
oſculatꝰ eēt.odorē maximū ex ea ꝓgredi ſen
ſit qlem ⁊ qͣntū nūqꝫ ſe meminerat ꝑcepiſſe.
Odor āt ille ex tactu ſacre manꝰ ſibi ⁊ eiꝰ ca
pucio qͦd ī collo gerebat mlťo tpe ſic adheſit
ꝙ ipē ⁊ capuciū adeo redolebāt illis intͣ qͦs
ꝯuerſabať.ꝙ pluribꝰ iterrogātibꝰ qͦd ſecum
ferret odorifex.cōpellebať miraculi ſeriem
ſepe recitare.Et ex tūc vt aſſeruit tantā deuo
tionē ad ſcīm thomā ⁊ ꝯfidētiā accepit.ꝙ qͦ
tiens aliq̄ tēptatio ſibi adueniret.vel ꝑiculū
īmineret recōmēdās ſe meritis ſcī thome et
īuocās nomē eiꝰ ſe ſenſit ab īpugnatōe et pi
culo ſtatim liberatū. ¶ Aduertendū āt eſt.
ꝙ odor ille ꝓdiēs a mēbris btī viri miracľo
ſus ē.qꝛ nō ſentiť qͦtiens adoranť mēbra.nec
ab oībꝰ q̄ ea adorāt.ſꝫ qñ placet.et ꝑſonaruꝫ
deuotio ꝓmereť.Ex qͦ manifeſtū ē ꝙ non ſit
odor hūano ingenio ꝓcuratꝰ.qͣ diuia exiſtit
v̓tute ꝯceſſus.nec vlliꝰ rei naturaľ odor ſilis
illi repiť.Ut āt ampliꝰ glorificeť ds in ſctō
ſuo queꝫ mirificauit.pauca de multis mira
culis ad augmētū deuotōis fideliū h̓ ſbdūť
¶ Quidā arte cyrurgicꝰ ſed ꝑ decēniū infir
mitate podagricꝰ.nec valens ꝑ ſe ābulare ſe
ďo et btō thome deuouit.iuxta eꝰ tumulū ī
cūbēs orōe facta ſanꝰ ꝓſiliit laudās deum ⁊
ſanctū eiꝰ. ¶ Alter qͥdam ꝓpť horribilē fan
taſmatis viſionē omī v̓tute deſtitutꝰ.⁊ mor
tuo ſimilis videbať.adeo vt igne mēbris eiꝰ
admoto nullatenꝰ ſentiret.qͥ portatuſ ad tu
mulū ſcī thome.poſt morulā liber et ſanus
oīno a ſepulcro ſurrexit. ¶ Mulier quedā
cū filiū ſuū duoꝝ menſiū ī cunis decubāteꝫ
ꝑiclitari formidaret ꝑ eo p̄ſertim ꝙ ꝑ mēſes
qͣtuor ex ſurditate adeo grauata eēt decies
exclamare vagientē et puerū vix audiuit.vi
ri ſui inductiōe q̄ meſtus vna cū illa cōis fi
liȷ ꝑicľo cōdolebat.ꝓ dcō viro dī vt eā ab eaď
infirmitate eripet obnixꝰ deuouit.emiſſoqꝫ
voto cuꝫ nocte ſecuta dormiſſet ī craſtino ſe
liberatam ſancti meritis reperit vt optabat
¶ Puella gutturis ſui fauces ſquinantie
hñs īfirmitatē ꝯſtrictas in tantū vt neqꝫ ſu
mere qͥdqꝫ poſſet.neqꝫ reſpirare.Dū deuo
te ſe btō viro a matre ꝑſuaſa cōmēdaret.du
ctaqꝫ fuiſſet ī craſtinū ad ꝑdictū mōaſteriū
foſſe noue.ſuppoſitis gutturi ſuo ſctis reliq
is ꝯfeſtī melioratā ſe ſenſit.panē comedit.ꝑ
fecteqꝫ ſanata rediȷt. ¶ Quidā ꝓuerſꝰ foſſe
noue adeo grauē ī brachio dextro ⁊ ſpatulo
dolorē patiebať.vt illud deferret ſuſpenſum
ad collū ⁊ penitꝰ ei inutile atqꝫ dolore vehe
mēter afflictū.q̄ neqꝫ medicoꝝ auxilio reme
diū īueniens.imo ampliore dolore grauatꝰ
dū dicto ſctō ꝑ ſua ſanitate ſe humiliť cōmē
daſſet.a ſomno ſurgēs ſe penitꝰ liberatuꝫ co
gnouit. ¶ Infans qͥdā qͣtuor annoꝝ tumo
rē ⁊ rubore in coſtis ⁊ crure vſqꝫ ad pedē pa
tiebať adeo aſflictiuū vt nec a matre ſua .vel
alio tangi ſine leſione ⁊ clamore aliqͣtenꝰ po
tuiſſet.neqꝫ ſe mouere poterat.Cūqꝫ puer ꝑ
menſem in tanto dolore ⁊ anxietate fuiſſet.⁊
a medicis ſpes curatōis ſine inciſiōe pueru
li nō īueniret.deficiēte naťa artiſqꝫ ſuffragio
non inuēto.recurſū ē ad deū ⁊ ſcīm ſuū tho
mā.Mater enī īfantuli btō thome ipm de
uotiſſime cōmēdauit.vt a dicta infirmitate
abſqꝫ inciſione ſuis meritis puerū liberaret
q̄ delatus ad monaſteriuꝫ et poſitus ſuꝑ tu
mulum poſt aliquā morulam ſanꝰ inde ſur
rexit. Propter hec et alia teſtimonia multa
q̄ de h̓ viro iuſto mortalibꝰ credibilia ꝑ deū
facta ſūt nimis.dñs iohānes papa.xxij.apď
auinionē pontificatus ſui anno.vij.xv.kaľ.
auguſti.Anno verbi incarnati.M.cccxxiij.
a felici v̓o trāſitu huiꝰ viri btī ex h̓ mūdo an
no qͥnquageſimo decurrēte.illū ſctoꝝ cōfeſ
ſoꝝ cathalogo adiūxit.ad laudē et gloriā do
mini noſtri ihū xpi q̄ hunc ſcīm adhuc ī ter
ris viuentē et iā ad celos trāſlatū multis fe
cit coruſcare miraculis.vt fideles ipm inue
nirēt apď deū benigniſſimū patronum.⁊ eꝰ
veſtigia imitantes.regna celeſtia conſequi
poſſent.

CCXII

De ſancto Marcello pari-
ſienſi epiſcopo.

Beatiſſimꝰ marcellꝰ
antiſtes natꝰ pariſij. ſꝫ ciuis padiſi.
i ṫris hūilis erectꝰ i celis. mediocriſ
ꝑentibꝰ. ſꝫ meritis cellꝰ. Cui ꝫ fuit nobilita-
tis lumē iſigne. xp̄o ſine culpa ſuire. Non ꝺ
generis iumeſcēs ſupbia. ſꝫ bn̄s de moribꝰ
ornamēta. Nec ſumens de ꝑentele laude ia
ctantiā. ſꝫ grāꝫ poſſidēs in v̓tutū exēplis. In
tra ſe ſuos theſauros retinēs. deuꝫ mundo
corde ꝯplectēs. Sꝫ cū xp̄o paupiſte regṅit.
q̄ in hūilitatis ꝯuerſatiōe. i caritatis vberta
te. i caſtitatis lumie. i ieiunioꝝ piguedie. ita
ſe totuꝫ tradidit diſcipline. vt ab ip̄a infātia
maturꝰ aſcēderet. ⁊ poſitꝰ i corꝑe q̄ſi nihil de
carne portaret. Hic itaqꝫ btiſſima iſtitutiōe
ſuccinctꝰ ⁊ venerādis opibꝰ pene ꝓus ſacer
dos extitit q̄ꝫ clericꝰ. Iā dudū dignꝰ q̄ ſuſci-
peret digtatē. antea ꝑparatꝰ ad id q̄d erat ſi-
ne mora futurꝰ. Calcata mūdi pōpa vel cri-
minibꝰ. cū diuis armis iniciatꝰ accingeꝛ ad
ſpem. felicē palmā de hoſte publico relatu-
rus. i militia xp̄i exercitādo lector effectꝰ eſt.
ac ſeip̄m tēplo xp̄i ꝑ ꝓmitijs offerēs. velut a
bellis ſacrificiuꝫ hoſtia victe carnis et pure
mētis effectꝰ ē. Qui clarior mercede q̄ꝫ noīe
⁊ merito maior q̄ꝫ gradu. ſine offendiculo ſuū
gerēs officiū cepit i milite creſcere. q̄d acce-
pit a rege. Deniqꝫ cū adhuc clericali tyro
cinio celaret. miraculꝭ ꝓdit. ⁊ ſignis celeſtibꝰ
illuſtrat. Vn̄ q̄dā vice ad officinū acceſſit fa
bricalē. q̄ ꝺſpectꝰ ab artifice cogiꝛ vt extracta
de ardēti camino ferri maſſa cādens manu
ſua ferrū accenſū attolleret. ⁊ q̄nti ponderis
eēt enarraret. Tūc vir btiſſimꝰ n̄ ignarꝰ totū
de xp̄o p̄ſumere. ⁊ q̄nte v̓tutis cā ſit i rebus
nō turpibꝰ obedire. mox ſuppoſita manu fer
rū altiꝰ eleuauit dicēs. De calore calet. ſꝫ no
uē pōdera hꝫ. Qd̄ poſtea tantū ad ſtaterā i-
uentū ē. q̄ntū eiꝰ vox librare p̄dixerat. Ita
qꝫ cū ſubdiaconali miſterio fungeꝛ i die epi
phanioꝝ hauriēs aquā ꝺ fluuio ſecane duꝫ
btō prudētio ep̄o maibꝰ abluēdis aquaꝫ of
ferret. mutatis elemētis vini ſapor inuētꝰ ē.
Quo viſo obſtupeſcēs pōtifex. iuſſit ex ip̄o
vrceolo i calicē ſacꝝ defūdi. Vn̄ vniuerſus
ꝑplus miſſa celebrata ⁊ cōiōnē accepit. ⁊ ip̄m
vas cū ad plebis multitudineꝫ ſuffeciſſet ac
ſi nō tactū ⁊ itegrū ſic plenū ꝑmāſit. Cuiꝰ vi-
ni miſtico bn̄ficio poſtea multi ſanati ſunt.
Cū vir ſctiſſimꝰ q̄dā vice ex ſui officij ſuitu-
te aquā maibꝰ p̄ſato venerabili ep̄o porrexiſ
ſet. mox ide balſama cepert fragrare. Et duꝫ
vnda curreret viſi ſūt criſmata reſpirare. vt
pene pōtifex crederet ſe manꝰ magis vngere
q̄ꝫ lauare. ⁊ alteras aq̄s q̄reret. vt pores vn-
gas ablueret. Quo viſo ſacerdos venerabiꝉ
obſtupeſcēs deo grās de cōpto munere re-
tulit. ⁊ btō marcello reuerētiā de religiōe ſer
uauit dū eū nō talē q̄ ſuiret. ſꝫ potiꝰ cui ſerui
ret agnouit. Matrona q̄dā p̄ſapia nobi
lis ſꝫ opinione vilis maculās crimie q̄d ful-
gebat ex genere. poſtq̄ꝫ dies fugitiue vite ra
pta luce ꝯcluſit. ad tumulū pōpa comitāte.
ſꝫ nō ꝓfuſa ꝓceſſit. Quo ꝯdita. horreſco refe
rēs ꝫ ꝯtigiſſe poſt funera. q̄ duplex naſciꝛ la
mētatio de defūcta. Ergo ad ſumēdū eiꝰ ca-
dauer cepit ſerpēs imaniſſimꝰ freq̄ntare. Et
vt dicā clariꝰ mulieri cꝰ mēbra beſtia deuo-
rabat. ip̄e draco factꝰ ſepulta. q̄ viſo ꝑterriti
hoīes de ſuis ſedibus migrauerꝛ. Btūs igiꝛ
marcellꝰ itelligens ſe de cruento hoſte triū
phū acq̄rere. collecta plebe de ciuitate ꝓgre
diꝛ. ⁊ relictis ciuibꝰ i p̄ſpectu ꝑpli ſolꝰ xp̄o du
ce ad locū pugnaturꝰ acceſſit. Et cū coluber
de ſilua rediret ad tumulū. obuiātes ſibi in-
uicē dāte orōeꝫ btō marcello. ille capite ſup-
plici cepit veniā blādiēte cauda p̄cari. Tunc
p̄cedente pōtifice beſtiā fere tribꝰ milibꝰ oēſ
ꝓſecuti ſūt. reddētes dn̄o grās et ſoluentes
exeq̄as inimico. Deide increpās eū beatus
marcellꝰ dixit. Ab hac die aut deſerta tene
aut i mare te demerge. Mox dimiſſa beſtia
nulla eiꝰ vlteriꝰ indicia ſūt inuēta. Ecce pro
pugnaculū patrie in vno ꝯſiſtere ſacerdote
q̄ fragili baculo fortiꝰ hoſtē edomuit. q̄ꝫ ſi ba-
liſte trāſfixiſſent. Si igiꝛ ſcōꝝ viroꝝ ex factis
merita cōferātꝛ mireꝛ marcellū gallia duꝫ ro
ma ſilueſtꝝ. niſi ꝫ diſtet in ope q̄d draconeꝫ ſi
gillauit ille. iſte iactauit. His itaqꝫ operibꝰ
ſctūs marcellꝰ ſp intentꝰ ꝯuerſatōne clarus

ꝯſūmatōne ꝑcipiꝰ. btitudīe glorioſꝰ. remu
neratōe ditatꝰ. cū ꝑpetuo dn̄o regnaturus.
vincēs mūdi ꝯtagiū. mūdꝰ migꝛauit ad xp̄m
die kalēdaꝝ nouēbꝛiū regnāte dn̄o nr̄o ihu
xp̄o cui ē honoꝛ ⁊ gl̄a. v̄tus ⁊ p̄tās.

CCXIII

## De ſancta Genoueſa.

Genoueſa dicitur a genos qđ ē nata. ⁊ eſa qđ ē mē
ſura q̄ꝛ bn̄s naturalia ad mēſurā.
ſeu plenitudinē. Ip̄a eī ex bonis natalibꝰ q̄
habuit. facilit̄ dei grā comitāte ſupnatalia ē
aſſecuta. Uel dꝛ a genos qđ ē barba ſeu viri
litas. et eſa effuſio ſeu plenitudo. q̄ꝛ effuſa et
plena operatōibꝰ virilibꝰ ⁊ fortibus. Ip̄a eī
vt ex eꝰ geſtis colligit̄. et de ea in eccl̄ia canit̄.
ip̄is etiā viriſ aliquatenꝰ imitanda. atꝫ equi
paranda eſt.

Beata v̄go genoueſa. honeſtis parē
tibus. patre ſeuero noīe. matre v̄o
geroncia oꝛta. apud nametodoruꝫ
opidū haud longe a pariſienſi vꝛbe extitit ꝓ
genita. Dum aūt ſctūs germanꝰ antiſiodo
renſis ep̄s q̄dam die apud baſilicam in ip̄o
opido ſitā. oꝛandi grā ſe ꝯtuliſſꝫ. occurrente
eiuſdeꝫ loci ꝑpl̄i multitudīe ſimul̄ genoueſa
affuit. Quā ītuitꝰ in ſp̄ū. ſctūs germanꝰ ma
gnanimē genoueſā ad ſe deduci ꝑcipiēs. cir
cūſtanti ꝑpl̄i electā a deo ſponſā p̄dixit. in eꝰ
natiuitate angelos cecinisſe denunciauit. ac
felices tante ſobolis ꝓgenitores predicauit.
multoſqꝫ eꝰ exemplis a via ſua mala ꝯuer
tendos affirmauit. Que dū ab eo acceſit̄. et
de v̄ginitate celeſti ſponſo ꝯſeruāda āmone
tur. id ſe votis oībꝰ ſꝑ deſideraſſe reſpondit.
Cui ille Confide filia. viriliter age ⁊ qđ corde
credis et oꝛe ꝯfiteris. opibꝰ cōpꝛobare ſtude
Dabit ei dn̄s fortitudinē et v̄tutē decoꝛi tuo
Cūqꝫ ſequenti die genoueſā iteꝝ ſibi p̄ſenta
ri feciſſet. dixit ei. Aue filia genoueſa. Remi
niſceris qđ heſterna die de coꝛpis tui itegri
tate mihi ſis pollicita. Cui illa. Reminiſcoꝛ
pater. Tunc ille numū ereū dei nutu allatū
habentē ſignū crucis a terra colligēs inquit
ad eam. hūc tranſfoꝛatum ꝓ memoꝛia mei
ad collū ſuſpenſum ſꝑ habeto nulliuſqꝫ me
talli aut margaritaꝝ oꝛnamēto colluꝫ digi
toſqꝫ tuos oꝛnari patiaris. Et valedicēs. ca
putqꝫ eius deoſculans abijt. Cū mater eius
die ſolenni ad eccl̄iam ꝑgeret. et genoueſam
reclamantē domi remanere ꝑciperet. ꝯfeſti
vt ſibi alapā mater in faciē dedit. lumē ami
ſit. Sicqꝫ ꝑ bienniū diuinā iram ꝑpeſſa. p̄ci
bus filie tandeꝫ priſtine ſanitati ē reſtituta.

Alia vice dum genoueſa cū duabꝰ ſacra
tis v̄ginibꝰ etate puectioꝛibꝰ loco nouiſſimo
incederet. obuiāte carnotenſi ep̄o iulito. ſta
tim incedendi euerſus eſt oꝛdo. Nam illa
que ſequit̄ ait ep̄s anteponat̄. quoniam ip̄a
celitus iam eſt ſanctificatōeꝫ adepta. Pa
rentibus eiꝰ ſublatis de medio cū in pariſiū
vꝛbē tranſiſſet. tanta paraliſis vt videbat̄ in
firmitate detenta ē. vt coꝛpꝰ eiꝰ laxatis vndi
qꝫ artubꝰ ac diſſolutis cōpagibus triduo ex
anime crederet̄. Que cū denuo eēt ſanitatē
aſſecuta. aiebat ſe in ſp̄ū ab angelo in gloꝛiā
ſanctoꝝ et ſupplicīū impioꝝ fuiſſe dedu cta
ac ex tūc ſecreta ꝯſcientiaꝝ in nō modicā ad
miratōnem cepit reuelare ac manifeſtare.

Sancto āt germano redeūte. cū pariſiū
intraſſet cōfeſtim de genoueſa vbinā et eſſet
qđ ageret inquirens. in eiꝰ hoſpiciū deſcēdit
ac male de ea colloquentibꝰ. deridebat̄ eniꝫ
tunc vt plerūqꝫ fit iuſti ſimplicitas. t̄rā ſuis
lacrimis irrigatā oſtēdit. ſicqꝫ eā aſtāti ꝑpl̄o
cōmendās diſceſſit. et ad t̄ps os loquentiuꝫ
iniqua obſtruxit. Ueruꝫ poſt obitū bti ger
mani. cū attila hunoꝝ rex gallias ac ꝑcipue
vꝛbē pariſioꝝ inuadere. ac ſue ditōni mina
ret̄ ſubijcere. ſingulis pene ad tutioꝛes vt ſi
bi videbat̄ vꝛbes facultates deferentibꝰ. ge
noueſa oꝛōibꝰ et vigilijs īſiſtebat. Hiſqꝫ cū
quibus degebat ita facere exhoꝛtans. nō eē
ꝑtimeſcendos hoſtes dicebat. q̄nimo ciuita
tem illeſam foꝛe p̄dicabat. Quāobꝛem non
nulli ciues inſurgentes. dicebant pſeudo ꝓ
phetiſſam ſuis t̄pibꝰ aduenisſe. ac in eiꝰ moꝛ
tem ceperūt cōſpirare. Eodem t̄pe venit ab
antiſiodoꝛenſe vꝛbe archidiaconꝰ q̄ hec au
diens. ita ciues adoꝛſus eſt. Nolite o ciues
ꝟ admittere facinꝰ. qꝛ hanc de cuiꝰ interitu
tractatis didicimus narrāte ſancto germa
no antiſtite nr̄o ex vtero matris a deo ſpon

ſam electã. Et ecce eulogias ab eo ſibi dereli
ctas exhibeo. Quas ilico plegentes ab ince
ptis deſtiterũt. Huni aũt ptinus abierunt.
¶ A bituriſcenſe vrbe venit mulier quedaꝫ
pariſius. que poſt conſecrationem violata
fuerat. vt genoueſam alloqueret̃. Que mox
interrogata a genoueſa. an ſanctimonialis
aut vidua eẽt. ꝯfeſtim vt ſe v̓ginem aſſeruit.
virũ q̃ eã violauerat. ⁊ locũ et tpus expoſuit
Vñ ad verecũdiã puocata. ſupplex genoue-
ſe veniã poſtulauit. ¶ Matrone cuiuſdaꝫ
fili⁹ etatis annoꝝ q̃ttuoꝛ. cũ in puteũ cecidiſ
ſet. ac poſt tres horaſ mortu⁹ inde ſubtract⁹
matre in lacrimas prũpente. ac crines dila
cerante. genoueſe oblat⁹ fuiſſet. ad oꝛatõem
recurrẽs. pallio ſuo ſup corp⁹ eius ſpoſito.
puerũ viuũ ꝯfeſtim matri reddidit. ¶ Cuꝫ
ob diutinã obſidionẽ ciuitas pariſienſis in-
edia affligeret̃. genoueſa paupib⁹ ꝯdolens.
nauim ſup ſecanam ad emendã annonam
ingredit̃. dum aũt ad quendã locũ in q̊ erat
arboꝛ iuxta quã naues ſepius periclitarent̃
aduenisſet. cõfeſtim arboꝛẽ incidi p̃cipiens.
ad oꝛõnem ꝯuerſa. duo horribilia monſtra
ex illo loco egredi ſunt viſa. Ab illo aũt die
illic nauis non perijt. ſed pſpero curſu ceptũ
iter trãſfretauit. Rediens autẽ v̓go panes
pauperib⁹ iuxta neceſſitates ſuas diſtribuit
Dum quadã vice ciuitatem trecaſiũ adiiſſꝫ
protin⁹ occurrens ei multitudo populi. in-
numeros vtriuſqꝫ ſexus diuerſis infirmita-
tibus afflictos obtulit. Inter quos etiã ob-
latus eſt ei homo quidam. quem dñico die
operantem vltio diuina excecauerat. necnõ
puella ab annis fere duodecim ceca. quos
illa benedicens. ſine dilatiõe incolumes red
didit. ¶ In ciuitate meldenſi. puella quedã
adoleſcenti cuidam pmiſſa. vt genoueſe vir
tutes comperit. veſtem ſibi immutari ac in
contubernio virginuꝫ annumerari a geno-
ueſa expetijt. Unde indignatus adoleſcens
ſponſam cum furoꝛe pſequit̃. Quod geno
ueſa audiens. eam ad eccleſiam que prima
erat ſecum duxit. et foꝛes ecc̃ie q̃ clauſe erãt
diuina virtus mirabiliter reſerauit. et puel-
lam a furoꝛe adoleſcentis liberauit. ¶ Au-
relianis. dum cuidã patrifamilias p ſeruo

qui aduerſus eũ deliquerat genoueſa veni-
am expeteret. ille vero oĩno renueret. ꝯfeſti
vt domũ ingreditur. vehementi febꝛe coꝛre-
ptus non p̃us ſanitati reſtituit̃. q̃ꝫ genoueſe
veniã poſtulans famulo miſcdiam elargit̃.
¶ Eccleſiam ſancti martini turonenſ v̓go
ſancta ĩgreſſa q̃ꝫ plurimos a demone obſeſ-
ſos oleo p̃us inunctos liberauit. Dum aũt
vellet ſemel quoſdam inungere. ac oleum ĩ
ampulla. pontifex etiã q̃ oleum benediceret
deeſſet mox terre recubans in oꝛõne poſita.
ampulla in manib⁹ eius oleo q̊ poſtmodũ
ſanati ſũt egroti eſt impleta. ¶ De eius ab-
ſtinẽtia ac etiã v̓tutib⁹ inter alia multa ſic di
cit vincenti⁹ in ſpeculo. A decimoq̊nto eta-
tis ſue anno vſqꝫ q̊nquageſimũ eſca erat ei
panis oꝛdeace⁹ ⁊ faba. Quã poſt duas aut
tres hebdomadas in olla recommiſcẽs ede
bat. A die dñico vſqꝫ ĩ q̊nta feria ieiunabat
et a q̊nta feria vſqꝫ in die dñico. Vinũ aũt et
q̊dlibet inebrians. nũq̃ꝫ potauit. Poſt quĩ-
quageſimũ vero annũ ſuadentib⁹ ep̃is ꝓpt̃
obedientiã piſcẽ ⁊ lac cũ pane oꝛdeaceo ede
re cepit. ¶ Multa aũt veneratõe catulacẽ-
ſem vicũ in quo beat⁹ dionyſius paſſus ẽ di
lexit. cui etiã deuotio erat in honoꝛe illi⁹ ba-
ſilicam ꝯſtruere. Suadebat p̃ſbyteros vt fa
ceret vnuſquiſqꝫ collatõem ad hoc edificiũ.
Qui rñderũt. Erũt foꝛſitan paruitati nr̃ẽ vi
res edificandi. ſꝫ coq̊nde calcis copia deeſt.
At illa ſpũ ſctõ repleta vaticinans ait. Egre
dimini queſo ad pontẽ ciuitatis. et q̃ audie-
ritis nũciate mihi. Qui egreſſi ĩ platea ſta-
bant attoniti. Et ecce duos cuſtodeſ poꝛco
rũ ſermocinãtes. q̊ꝝ vn⁹ ad alteꝝ ait. Dum
ſuis. i. poꝛce veſtigiũ ob partus vagantis le
gerẽ. inueni furnũ calcis mire magnitudis.
Alter rñdit. Et ego ĩueni in ſilua ſub radici
bus arboꝛis a vẽto euulſe furnũ calcis. d̓ q̊
nihil ſublatũ credo vnq̃ꝫ fuiſſe. Qd̓ audien
tes p̃ſbyteri. grãs agentes reuerſi ſũt. Audi
ens etiã hꝰ ſctã. lacrimis p̃ gaudio ſinum im-
pleuit. Laceſſiuit itaqꝫ geneſium p̃ſbyteruꝫ
vt in honoꝛe p̃dicti martyris baſilicam con
ſtrueret. ſicqꝫ oĩb⁹ ciuib⁹ illa imploꝛãte con
ſtructa eſt. In cui⁹ ope collectis carpẽtariſ.
cũ potus deficeret. accipiẽs ſancta cupã ſe-

oꝛſum ꝓſtrata cū lacrimis oꝛauit. Deinde
ſurgens facto ſigno crucis ſuꝑ vas vſq3 ad
ſummū poculo impletū eſt. ex q̄ oꝑarij vſq3
ad ↄſūmatōem baſilice vberrime potantes
grās egerūt. ¶ Quadā nocte ſabbati circa
gallicantū egreſſa eſt beata genoueſa ad ba
ſilicā ſancti dionyſij. Cere⁹ vō q̄ ante ferebaꝰ
extinctus eſt. Quo turbatis v̓ginib⁹ q̄ cum
ea erāt p̄ hoꝛroꝛe noctis. cereū ſibi dari p̄ce
pit. Quē vt tenuit ſtatim illuminat⁹ eſt. Si
militer eodē tp̄e cum in eccl̄ia diu ꝓſtrata in
oꝛōne ſurgeret cere⁹ nōdū igne ↄtact⁹. diui
no nutu accēſus ē i manū ei⁹. De q̄ ⁊ plures
infirmi paululum in fide auferentes ſanati
ſūt. ¶ Quedā mulier furata eſt calciamen
ta ei⁹. que vt domū venit. excecata eſt. deīde
proſtrata ad pedes ei⁹. veniā petens ſigna
tis ab ea oculis viſum recepit. ¶ Hilderic⁹
etiā francoꝝ rex valde diligens eam timens
ne vinctos q̄s interimere cogitabat ſancta
eriperet ingrediens vrbem pariſioꝝ. poꝛtā
claudi precepit. Quod audiens ſancta. ſta
tim ad liberandas animas ꝑrexit. Inter cu
ius manus populo poꝛta ſe ſine claue reſe
rauit. ⁊ ſic regem conſecuta. ne vinctoꝝ capi
ta amputarenꝰ obtinuit. ¶ Fuit etiā eo tp̄e
beatus ſimeon in colūna. quē negociatoreſ
euntes et redeuntes ferūt de illa interrogaſ
ſe. et eā veneratōne ꝑfuſa ſalutaſſe. et ſe ī oꝛa
tionib⁹ eius memoꝛē eſſe popoſciſſe. ¶ Pa
riſius etiā oblati ſūt ei energumini. pro qui
bus in baſilica btī dionyſij ipa oꝛante voci
ferabanꝰ clamantes ꝓpe iam eſſe quos ſibi
in ſolatio venire btā genoueſa precabatur.
foꝛſitan angeli vel martyres. Que ſurgens
et ſignans vnūquēq3 curauit a ſpū īmūdo.
vt fetoꝛ grauiſſimus aſtantium nares attin
geret. ¶ A die etiā epiphanie vſq3 ad cenā
dn̄i btā genoueſa in cella recluſa. ſoli deo va
cabat in oꝛōnib⁹ et vigilijs. Audiens autē
puella quedā religioſa ad foꝛes eius magiſ
curioſitate q̄3 fide ꝑmota. quid ſancta in cel
la ſua agebat ſcire volens ſtatim lumē ami
ſit. Quā ſancta cōſūmata q̄dꝛageſima egre
diens. oꝛatione et ſigno crucis illuminauit.
¶ In eccl̄ia etiā btī martini turonenꝰ cū in an
gulo q̄dā oꝛaret vn⁹ de pſallētib⁹ arreptus
a demonio ꝓpꝰos artꝰ lacerabat. Cumq3 btā
genoueſa ſpūm īmundū exire iuberet. ⁊ ille
per oculum progredi ſe minaretur. imperā
te illa fluxu ventris eiectus ē. feda relinq̄ns
veſtigia. ¶ Per idē tempus ſtans in aditu
domus ſue vidit puellam in manu ampul
lam geſtantem. quam paulo ante emerat. ⁊
interrogata quid eſſet. vidit demonem ſedē
tem in oꝛe ampulle et minans inſufflauit ī
eam. ſtatimq3 pars de oꝛe ipius ampulle ce
cidit. ¶ In territoꝛio meldenſi cum ꝓpꝛiā
meſſem meteret. valde turbati ſunt operarij
propter imbꝛem imminentē. At illa ingreſ
ſa tentoꝛiū. quod ſine intermiſſione facere
conſueuerat cum lacrimis proſtrata oꝛati
one obtinuit. vt cum in circuitu omnes ſege
tes pluuia rigaret. nec meſſem nec eius meſ
ſoꝛes gutta aliqua contingeret ¶ Tanta et
ſanctitate pollebat. ꝙ etiā ſpiritu prophetie
plena omnes quoq3 moꝛbos ab humanis
coꝛpoꝛibus expellebat. Egentibus panes in
tegros dabat. adeo vt eius puelle ſepe par
tem panis quā in clibano poſuerāt non in
uenirent. Vixit autem pluſq̄3 octoginta an
nis. Huius autē natale celebꝛatur tertio no
nas ianuarij. Hec vincenti⁹. Reliqua autē
que hic inſerūtur. ex certiſſimis ac probatiſ
ſimis eccl̄ie in q̄ btā v̓go p̄ſidet codicib⁹ quo
rū etiā nōnulla ipe vincenti⁹ teſtaꝰ extracta
ſūt. ¶ Poſt trāſitū vero btiſſime virginis
lampas eius ſepulcro appoſita eſt. in qua
p̄ter olei ↄſūptōem ignis ꝑmanebat. cuius
ↄtactu infirmi ſanabātur. lāpade videlicet
mutata in fontē. oleo ī medicinā. ¶ Homo
quidā lingue ⁊ oculoꝝ ꝓuatus officio. ad ſe
pulcrū v̓ginis accedēs. ⁊ viſum ⁊ loquendi
vſum recuperauit. ¶ Mulier quedā in vi
ſione admonita. filium a natiuitate cecū ad
p̄fate v̓ginis locum detulit. Cumq3 in eccl̄ia
miraculum recitaretur. quomodo domin⁹
ieſus chꝛiſtus oculos ceci nati aperuit. con
tinuo aperti ſunt eius oculi. ¶ Reuelatur
cuidā a natiuitate muto vt ad ſepulchꝛum
v̓ginis ſe trāſferat. vocis illic bn̄ficiū p̄cepiu
rus. Cumq3 in fide reuelatōnis die domini
co illuc perueniſſet. ſtatim lingue illius vin
culum eſt ſolutum. et loquebatur magnifi

cans deū. Interrogatꝰ ergo ab abbate quid poſt indultū ſibi vocis beneficiū agere velit reſpondet ꝙ a loco illo recedere nolit. nolit ad ꝓpria redire. nolit omnibus diebus vite ſue ſine pſentia v̾ginis viuere. Cuius votuꝫ leto animo amplectens abbas. vite ſibi neceſſaria iubet miniſtrari. ¶ Cum latro quidā carceri mancipatꝰ cuſtodis negligentia de carcere exiſſet. fugienteqꝫ ad ſepulcrū v̾ginis preſes inſequeret̄. virgineqꝫ latro auxilium implorando acclamaret. preſes vero in eius blaſphemiā ꝓrumperet. ſubito caſu lapſus preſes. latrone liberato miſerabiliter expirauit. ¶ Cum alio tpe fluuiꝰ ſecane vltra modum intumeſceret. ⁊ ad capellaꝫ v̾ginū quā ꝓpe ecciam ſancti iohannis baptiſte virgo conſtruxerat. ad mediū vſqꝫ edificij ꝑtinget lectulus in q̄ deceſſerat q̄ ibideꝫ ſeruabatur flumine infuſus. aquis ꝯtinue deſcendētibꝰ atqꝫ diſcedentibꝰ. ab illis intactꝰ eſt inuētꝰ. ¶ Poſt aliq̄t vero dies. cuꝫ cenobio a normannis incendio ꝯſumpto corpus v̾ginis a fratribꝰ ad ategias villā ſuā deportaretur multis etiā ibidē claruiſſe miraculis cōprobat̄. Sīq̄dē altare eccīe cui aſſeſſura erat virgo. ſancta cruce. ſāctorūqꝫ reliq̄is vt moris eſt adornatū. tanq̄ꝫ eiꝰ aduentui ꝯgratulās mouebat̄. cui ſuperpoſita. q̄d cupierat ſe adeptū demonſtrans. firmū nec ampliꝰ moueri cōprobatū eſt. In cuiꝰ q̄dem deportatiōe cereus vti dū viueret iteꝝ atꝫ iteꝝ miraculoſe eſt accenſus. Cū aūt abbas q̄ tūc ꝑerat. dētem a corpe v̾ginis paucis ꝯſcijs extrahens apud ſe ad ſui tuitōem ſeruare vellet. continuo ſūma egritudine correptꝰ dentem teca criſtallina īcluſū q̄ꝫcito potuit reſtituere curauit. ¶ Audita vō inter pariſios ⁊ normānos ꝯcordia corpꝰ v̾ginis ad eccīam ſuā deferentes nō eo loco vn̄ educta fuerat ī cripta ſed ſup maius altare vbi nūc cernit̄. frēs bonorifice collocauerūt. Corpus aūt virginis cū ſuo capite integrum in capſa cōſiſtere. p̄ſentibus nōnullis huiꝰ regni ep̄is poſtmodum inuentū eſt atꝫ cōprobatū. ¶ Tempore ludouici fortiſſimi. regis francoꝝ illuſtriſſimi. diuina vltione mēbra q̄ miſeri hoīes exhibuerant ſeruire iniuſticie ⁊ iniq̄tati ad iniquitatē. cepit morbus igneꝰ quem phiſici ſacrū ignē appellāt ꝯſumere. Multoꝝ igitur ſanctoꝝ egrotis ſuffragia depoſcentibꝰ nec impetrantibꝰ. recordatus eſt religioſiſſimꝰ pariſioꝝ antiſtes ſtephanus. qualiter beata v̾go genoueſa p̄fatam vrbem a multis olim periculis liberauit. ac exinde ſolennes proceſſiones in quibꝰ conſulto abbate atqꝫ conuentu p̄fata v̾go ad eccīam beate v̾ginis marie deportaret̄ inſtituit. Ordinata itaqꝫ ƀm morēꝫ canonicū proceſſione. ingredienteqꝫ ſancta virgine eccīam btē marie. ꝯtinuo ad tactū feretri. oēs male hn̄tes tribus exceptis ſūt ſanati. Cū vō ſequenti anno felicis recordationis innocentiꝰ papa gallias trāſmearet. de tanto inſtructꝰ miraculo. grās agens deo ac ſancte v̾gini. annis ꝑpetuis ſolenni memoria celebrandū miraculuꝫ ꝯdonauit. Verū cum ꝑ ſingulos annos predicti miraculi memoria ſolenniter vt dictū eſt veneraretur. contigit ſemel pabſentiaꝫ capicerij expenſas formidantis. ſine ornamentis ac luminaribus que habebat miniſtrare. celebrari. Vnde accidit vt ſequenti die eccīe ſanctuariū aſcendēs diuinā expꝰtuſ v̾tutem. ſubito lapſus ſine voce miſerabilit̄ expirauit ¶ Experti ſūt igit̄ atꝫ in dies experiunt̄ q̄ꝫplurimi q̄nto cū tremore xp̄i v̾ginē oporteat venerari. vbi cū hūilitate recipit cecitas viſuꝫ. debilitas greſſum. ac e diuerſo obſtructe infidelitate mētes ꝑcipiūt interitū. Noſtris igitur q̄libuſcūqꝫ laudibꝰ genoueſā veneremur. ſꝫ cū tremore. venerātes eiꝰ ſuffragia imploremus. ſed cū fide. Et reuera dignuꝫ eſt genoueſam laudibus honorari. que pariſioꝝ inclitā vrbem regni xp̄ianiſſimi precipuaꝫ ſtabiliſſimūqꝫ columen. totiuſqꝫ xp̄ianitatis ī fide et doctrina magiſtrā erudiſſimaꝫ totiens a tantiſqꝫ periculis liberauit. ab inimicis hoſtili cede dimicantibꝰ eripuit. inundātium fluctꝰ aquaꝝ reſtrinxit. ignis horrendi in mēbris humanis incendiū ꝯſūpſit cecis viſum. claudis greſſū. ſurdiſqꝫ auditū reddidit. ab obſeſſis demoniū ꝑcibus effugauit. Et nō ſolū ꝑcibus. verūetiā maxima dn̄s ꝑ fimbrias veſtimēti genoueſe ſibi dilecte v̾ginis ſup egrotos ac varijs detētos lāguoribꝰ

oſtēde ſepi⁹ dignat⁹ ē ſanitatū remedia. Ūn merito ī piſij celſi mōtis vtice extitit collocata. vbi honorifice ſblimata ac mirifice adornata ñ ceſſat iugit̄ ſanitatū ⁊ grãꝝ emitt̄e flumina. his q̄ ī fide depoſcūt e⁹ largitōes. Ūn et oportet illi nos tota mētis deuotōe ꝓmittere. q̄niã ipa ē q̄ aſſidue orat ꝑ ipſo ſibi deuoto ⁊ ꝑ tota xp̄ianitate. Nos igit̄ ſuoꝝ mirabiliū hāc portiūculã memorātes ac et venerātes. cū celeberrimo illo venerabiliū religioſoꝝ cetu ſuo gl̄oſam xp̄i ſpōſã nobilē virginē debitis glorificem⁹ genouefã laudib⁹ poſtulantes vt eadē ſupplicāte ꝑfrui ꝑadiſi mereamur gl̄a ꝑ ſcl̄a amen.

CCXIIII

## Dominica in ramis palmarū.

Hodie ſancta mater eccl̄a duas ꝓceſſiōes ſolenniter recolit. Pria fuit q̄ iudei a monte oliueti vſq; ī hierl̄m cū ramis palmarum ⁊ oliuaꝝ ⁊ cū magnis cāticiſ xp̄m aſſociauert̄. Et iſta ꝓceſſio fuit magne reuerētie ⁊ honoris. Et hāc repn̄tat eccl̄a ī hodierno euangelio. Scd̄a ꝓceſſio fuit q̄ iudei xp̄m hierl̄m in mōte caluarie cū magnis oꝓprobrijs ⁊ irriſionib⁹ duxerūt. Et iſta fuit ignominie magne ⁊ doloris Et hāc repn̄tat eccl̄a in euāgelio paſſionis hodierno. Circa pmã ꝓceſſionē q̄ttuor ſūt videda. Primo a q̄b⁹ iſta ꝓceſſio ſit facta. q̄ nō ē facta a magnis aut diuitib⁹. ſ; a pueris ⁊ paupib⁹. Ūn d̄r in euãgelio hodierno. Plurima āt turba ſtrauert̄ veſtimēta ſua ī via. Q̄n eni pueri ⁊ paupes xp̄m ꝓceſſionalit̄ deducebāt. pharisei et pn̄cipes xp̄i mortē tractabāt. Simplices enī ⁊ paupes xp̄o adherebāt. Ūn xp̄us de oīb⁹ diuitib⁹ vnū ſolū. ſ. zacheū habuit amicū. Ūn luc. xix. Xp̄s de oīb⁹ potētib⁹ vnū ſolū. ſ. centurionē habuit. Ūn math. viij. De oībus ſapientib⁹ vnū ſolū. ſ. nicodemū habuit. Joh. iij. Ūn. j. cor. j. videte vocatōe; veſtram frēs q̄ ñ multi ſapiētes ſm carnē. nō multi potētes. nō multi nobiles. ſ; q̄ ſtulta ſūt mūdi elegit dn̄s vt ꝯfūdat ſapiētes. Scd̄o videndū ē q̄re xp̄s vadēs ad mortē tantū honore; recipe voluit cū alias honores ⁊ regnum reſpuit. vt d̄r joh. vj. Hic dicendū q̄ xp̄s h ideo fecit q̄ ille q̄ ꝯſtitut⁹ ē ī honorib⁹ magnis. d; habere mortis memoriã vt nō ſupbiat. ſi āt q̄s h; magnas diuitias. cogitet q̄ vadit ad mortē et q̄ de oīb⁹ ſuis diuitijs nihil niſi vile ſudariū ſecū portabit. Ūn dicebat iob. xvi. Qui fui magn⁹ ſaccū cōſui ſup cutem meã et operui cinere carnē meã. Item eiuſdem. j. Nud⁹ egreſ. ſū de vtero ma. mee nud⁹ illuc reuertar. Si q̄s ē ī magnis honorib⁹ ꝯſtitutus cogitet. q̄ vadit ad morte; vbi ſi erat in gradu ſupmo ponet̄ ī loco infimo. q̄ ſ; ira Si ſup alios aſcēderit dn̄ando. ſerpentes ⁊ beſtie ſup ei⁹ foueã aſcēdēt ꝯculcādo eū. Jo ecc. x. d̄r. Cum morit̄ hō hēditabit ſerpētes beſtias ⁊ vmeſ. Item cū aliq̄s nutrit corp⁹ ſuū diuerſis delicijs. diuerſis colorib⁹ ipm ornãdo. voluptates carnis exercendo. cogitet q̄ vadit ad mortē. vbi vmes corp⁹ ſuū delicate nutritū comedēt ⁊ lacerabūt. iob. xxvij. viſcera ei⁹ plena ſunt adipe ⁊ medullis oſſa illius plena irrigāt̄. ⁊ tñ in puluere dormiēt et vermes opient eos. Hugo de ſancto victore in li. de clauſtro aīe ſic ait. Cur carnē tuã p̄cioſis rebus impingas. quã poſt paucos dies vmes comeſturi ſūt in ſepulcro. ⁊ aīam tuã p̄cioſis opibus nō adornas. q̄ deo etiā; angelis ei⁹ p̄ntanda eſt in iudicio. Cur animã tuã vilipēdis. et ei carnē p̄ponis. ancillã dominari. et dn̄am ancillari magna abuſio eſt Tertio videndū ē q̄re xp̄s tanto honore ſibi impēſo voluit lacrimas emittere. Dicit̄ enī Luc. xix. chriſtus cum veniſſet hieruſale; cū tanto honore fleuit ſup eam. In hoc ipe voluit oſtendere q̄ gaudia et honores hui⁹ ſcl̄i lacrimis et dolorib⁹ ſūt pmixta. In celo omnia ſūt pura. in mūdo oīa mixta. in inferno oīa ſūt fetulēta. Ūn aug. in li. de trinitate in pſona xp̄i dicit. Quid ē illud. ero illoꝝ deus niſi ero oīa q̄cūq; deſiderant̄. ſc; vita. ſalus. victus. copia. gloria. honor. ⁊ pax. Iſta ī celo oīa ſūt pura. in mundo mixta. in inferno fetulenta. Videam⁹ p ordinem. Vita in celo ē pura. q̄ ibi eſt ſine timore. ꝑut ē in mūdo eſt mixta. q̄ ibi ē vita cū morte. ꝑut ē ī inferno. ē fetulēta et corrupta. q̄ ibi ē mors ſine vita Salus prout eſt in celo eſt pura. quia ibi eſt

ſalus ſine egritudīe.put ē ī mūdo eſt mixta
qꝛ ibi ē ſalꝰ ⁊ egritudo.put ē in inferno.ē fetu
lēta ⁊ corrupta.qꝛ ibi ē egritudo ſine ſanita:
te.Victꝰ.i.ſatietas.put ē ī celo ē pura.qa ibi
ē ſacietas ſine eſurie.put ē ī mūdo ē mixta.qꝛ
ibi ē ſacietas ⁊ eſuries.put ē ī inferno eſt fetu
lēta ⁊ corrupta .qꝛ ibi ē ſūma eſuries ſine ſa
cietate.Copia.i.diuitie.put ſūt ī celo ſunt pu
re.qꝛ ibi ſūt diuitie ſine pauꝑtate.put ſunt ī
mūdo ſūt mixte.qꝛ ibi ſūt diuitie ⁊ pauꝑtas
put ſūt ī inferno ſūt fetulente ⁊ corrupte.qꝛ
eſt ſūma pauꝑtas ſine diuitijs.Gloria.id eſt
pulcritudo.put ē ī celo ē pulcra.qꝛ ibi ē pul:
critudo ſine deformitate.put ē ī mundo eſt
mixta.qꝛ ibi ē pulcritudo cū deformitate.p:
ut ē in inferno ē fetulēta ⁊ corrupta.qꝛ ibi eſt
deformitas ſine pulcritudine. Honor.put
ē in celo ē purꝰ.qꝛ ibi ē honor ſine indigītate.
ſed put ē in mūdo ē mixtꝰ.qꝛ ibi ē honor cū
indignitate.put ē in inferno ē fetulentꝰ ⁊ cor
ruptꝰ.qꝛ ibi ē dedecꝰ ſine honore.Pax put
ē in celo ē pura.qꝛ ibi ē pax ſine ꝑturbatōne.
put ē in mūdo ē mixta.qa ibi ē pax cū ꝑturba:
tione.prout ē ī inferno ē fetulēta ⁊ corrupta.
qꝛ ibi ē ꝯtinua ꝑturbatio ſine pace.Omnia
bona put ſūt ī celo ſūt puriſſima.qꝛ ibi ſunt
omīa bona ſine malo.ſed vt ſūt ī mūdo ſūt
mixta . qꝛ ibi ſūt multa bona ꝑmixta malis.
put vͦo ſūt ī inferno ſūt fetulēta et corrupta
qꝛ ibi ſūt oīa mala ſine cōmixtiōe alicꝰ boni.
Iſta oīa dicꝫ ꝓpheta dauid.Calix ī manū dn̄i vi
ni meri.plenꝰ mixto ⁊ inclinauit ex hoc ī hoc.verꝫ
tn̄ fex eiꝰ nō ē exinanita.bibēt ex eo oēs pctō
res tre.Ex his vͦbis habeꝫ ꝙ deꝰ hꝫ tres cali:
ces.vnꝰ ē plenꝰ vini mero.In illo bibūt oēs
ī celo.Iſte eī calix plenꝰ ē vita.ſanitate.copia
diuitijs.honore.⁊c. Aliꝰ calix ē plenꝰ mixto.
et de iſto bibūt hoīes in mundo.qꝛ calix iſte
plenꝰ ē ſanitate cū egritudīe.ſatietate cū eſu:
rie.diuitijs cū pauꝑtate.⁊c.Tertiꝰ calix ē ple:
nus fece.et de iſto bibūt dānati ī inferno.⁊ ē
iſte plenꝰ egritudine.morte.pauꝑtate defor
mitate.⁊ oībꝰ alijs. ¶ Quarto viddraw vidēdū eſt
q̄re xp̄s noluit ſedere ſuꝑ equū ſꝫ ſuꝑ aſinā.
Hoc ideo fecit qꝛ nō ſedet ī cordibꝰ ſuꝑborꝫ.ſed
humiliū ⁊ māſuetorꝫ.Chryſo. Nō ſedit xp̄s
in curru aureo purpura fulgēs . nec aſcēdit

ſuꝑ feruidū equū diſcordie amatorē.ſꝫ ſuꝑ
aſinā trāq̄llitatis ⁊ pacis amicā.Per equū
ſuꝑbus.ꝑ aſinū hūilis deſignaꝫ.Nam equꝰ
ſi tangiꝫ recalcitrat.aſinꝰ vͦo manſuetudine
moraꝫ.Sic ſuꝑbi ſi reꝑhendūꝫ.impatienꝫ fe
rūt.māſueti patiēter audiūt.Quedā aīalia
ſūt q̄ nō ꝑmittūt ſe tāgi.vel qꝛ arrogātia ſūt
ſic leo.vel qꝛ nimis ſilueſtria domeſticari n̄
poſſūt.ſic lupꝰ.vel qꝛ ſūt pūgitiua ſic ericiꝰ.
Sic ſimiliter ſūt tria genera hoīm q̄ nolunt
reꝑhendi.Primi ſunt ſuꝑbi.de q̄bus ꝓpheta
dicit.tange mōtes.i.ſuꝑborꝫ mētes.et fumi:
gabūt ꝑ impatientiā.⁊c.Et ecc̄.xiij.diues in
iuſte aget ⁊ fremebit . pauꝑ āt leſus tacebit.
Alij ſūt ī malis indurati.q̄ ad inſtar lupi n̄
poſſunt domeſticari.nec ad bonū induci.de
q̄bꝰ eccl̄.i.Difficile tales corrigūꝫ.nolūt corri
pi.Ideo eccl̄i.xxxij.Peſtifer hō vitabit corre:
ctionē.Tertij ſūt hoīes aſtuti.q̄ ſi tangūtur.
id eſt .corripiantꝫ.ſic ericius ſtatim excuſa:
tionibꝰ multis ſe abſcōdūt.Prouer.xxviij.
Qui abſcōdit ſcelera ſua non dirigeꝫ.q̄ autē
ꝯfeſſus fuerit viuet et non morietur . ¶ Cir
ca ſcd̄am ꝓceſſionē notanda ſunt duo.Pri
mū ꝙ in iſta ꝓceſſione fuerūt varietates ꝑ:
ſonarū.Quidam enī fuerūt boni.q̄ fuerunt
facti mali.et nunq̄ꝫ recuperauerunt bonita
tē.ſicut iudas.Quidā boni q̄ ſemꝑ ꝑſeuera
uerunt.ſicut beata vͦgo maria.Alij vero bo
ni ⁊ poſtea mali.poſtea tn̄ ſuā recuperaue:
runt bonitatē.ſicut apl̄i q̄ fidem in paſſione
ꝑdiderunt.ſed in reſurrectōne recuperaue:
runt.Malorꝫ due ſunt differentie. Quidā
enī fuerunt mali q̄ poſtea facti ſunt boni.ſic
latro a dextris pendens et longinus.Alij fu
erūt mali q̄ ſemꝑ in malicia ꝑſeuerauerunt.
ſicut latro a ſiniſtris ⁊ iudei q̄ crucifixerunt
Ab iſta ꝓceſſione q̄dam fugerunt corpore
et mente.ſicut apoſtoli q̄ fugerunt corpora:
liter et fidē perdiderunt. Item alij fugerunt
non corpore ſed corde.ſicut maria magdale
na.et cetere mulieres q̄ iuxta crucē corpora:
liter ſteterunt.ſed tamen fidem amiſerunt.
Alij fugerūt corꝑe.ſed nō corde.ſic crediꝫ de
iacob frē dn̄i . De q̄ hiero.in li.de viris illu:
ſtribꝰ.ꝙ in paſſione votum vouit non ſe co
meſturū donec videret chriſtū reſurgentem

Alij ſūt q̄ nec corde nec corꝑe fugerūt. ſic btā
v̄go. q̄ iuxta crucē ſtetit et fidē īteglr̄ ſuauit.
¶ Scd̄m qꝫ ī iſta ꝓceſſiōe oñdit. ē mag̃ ī iu-
deis voluntatis mltiplicitas. In p̄ma eī pro
ceſſiōe iudei fecerūt xp̄o ſex magnos honores
In ſcd̄a v̄o ſex mag̃ vitupia. In p̄ma cū ma
gna ip̄m reuerētia ſup aſellū poſuerūt ⁊ ī via
veſtimēta ſtrauerūt. In ſcd̄a cū mag̃ ignomi
nia ip̄m ī patibulo poſuerūt ⁊ eū ſuis veſtibꝰ
ſpoliauerūt. In p̄ma ramos palmaꝝ ⁊ oliua
rū ſibi portauerūt. ī ſcd̄a ſpinas acutiſſimas
capiti ſuo affixerūt. In p̄ma regē eū appella-
uerūt. in ſcd̄a ip̄um negauerūt. In p̄ma appel
lauerūt eū ſaluatorē dicētes. oſāna. i. ſalua ob
ſecro. ī ſcd̄a negauerūt ip̄m ſaluatorē dicētes.
Saluos alios fecit. ſeip̄m ſaluū facere n̄ p̄t.
In p̄ma dixerūt eū bn̄dictū ī noīe dn̄i. in ſcd̄a
maledictū ⁊ malefactorē ee͂. ⁊ crucis patibu
lo eū figēdū dicētes. Tolle tolle ⁊ crucifige. ⁊c̄

CCXV

## ¶ De cena domini.

CEna facta cū dia
bolꝰ miſiſſet ī cor vt traderet eū iu
das ſcarioth. ſurrexit a cena ⁊ po-
ſuit veſtimēta ſua. Ioh. xiij. videmꝰ eī qꝫ qn̄
amici ſepāt ab īuicē ſolēt p̄mo īuicē epulari.
ſic ſciēs xp̄s qꝫ cito a ſuis apl̄is ſepari deberz
p̄us cū ip̄is cenare voluit. Vn̄ luc. xxij. Deſi
derio dſideraui h̄ paſca māducare vobiſcū
an̄q̄z patiar. In hac ergo cena xp̄s aſſūpſit ꝑ
ſonā amici. ꝑſonā ſui. ꝑſonā ep̄i. ¶ Perſo
nā ſiq̄dē amici accepit ī h̄ qꝫ tā familiarit̄ co
medit. In hac cena comedit agnū paſcalem
Et qualit̄ debeat comedi habet̄ exodi. xij. nō
comedetis ex eo crudū q̄d nec coctuz aqua.
ſed tantū aſſū igni. Hic aliq̄ ꝓhibet̄. ſcꝫ vt nō
comedat̄ crudꝰ. nec aqua coctꝰ. ⁊ qꝫ ſit igne
aſſatꝰ. Caro enī cruda nō ē igne cocta. caro
v̄o elixa licꝫ ſit cocta. nō tn̄ ē adō ſapida. Illi
ergo comedūt cruda. q̄ habēt cor crudū. id ē
nō coctū igne amoris. Illi comedūt elixum.
q̄ nō hn̄t ī corde ſaporē deuotōis. Illi come
dūt aſſatū igne. q̄ hn̄t cor coctū igne amoris
⁊ ſapidū. Scd̄o dꝫ comedi eīꝰ caput cū pedi
bus ⁊ ītestinis. Caput iſtiꝰ agni ē eīꝰ diuini-
tas. Vn̄ j. cor. xj. caput eīꝰ d̄s. Pes eꝰ hūani-
tas q̄ ē īfirma ī nāta. Inteſtia ſūt eīꝰ aīa. iſta
oīa debēꝰ comede. Fuerūt q̄dā heretici q̄ dixerūt
xp̄m nō ee͂ veꝝ deū. iſti caput n̄ comedebāt.
Alij dixerūt eū n̄ ee͂ veꝝ hoīez nec habere verā
carnē ſꝫ fantaſticā. iſti pedes n̄ comedebāt.
Alij dicebāt eū nō habuiſſe aīaz rōnalē. ſed
loco aīe ſolū diuinitatē. iſti ītestina n̄ come
debāt. Nos ergo fideles caput ⁊ pedes cū ī-
teſtinis comedamꝰ. vt de eīꝰ diuitate aīa et
carne fidelit̄ ſentiamꝰ. Tertio dꝫ comedi cū
lactucis agreſtibꝰ. i. cū amaritudīe dolendo
de pc̄tis omībꝰ ¶ Notandū qꝫ q̄dā ſūt q̄ co
medūt iſtas lactucas ītegras. q̄daz ꝯtritas.
q̄dā ſuccū ip̄aꝝ. Sūt eī q̄dam q̄ hn̄t de ſuis
pc̄tis ſupꝑficialē dolorē q̄ attritio p̄t dici. iſti
ſumūt iſtas lactucas ītegras. Talis attritio
nō iuſtificat peccatorē plene. Hiere. v. Per
cuſſiſti eos ⁊ nō doluerūt. attriuiſti eos et re-
nuebāt accipe diſciplinā. Alij ſunt maioris
ꝑfectōnis q̄. ſ. nō ſolū pc̄tā ꝯterūt. ſed et lacri
mas emittūt. iſti ſumūt agnū cum ſucco la
ctucaꝝ. i. cū abūdantia lacrimaꝝ. Grego. in
moralibꝰ. Carnes cū lactucis agreſtibꝰ ſunt
edēde. vt cū corpꝰ redēptoris accipimꝰ. nos
ꝓ pc̄tis nr̄is ī fletibꝰ affligamꝰ q̄re ip̄a ama-
ritudo penitētie abſtergit a mētis ſtomacho
ꝑuerſe humorē vicioꝝ. ¶ Quarto debꝫ co
medi cū paībꝰ azimis. i. cū panibꝰ n̄ fermēta
tis. panes comedit cuz fermētato ſc̄m greg̃.
q̄ bona ſua cū corruptiōe vane gl̄e facit. q̄bꝰ
dn̄s dicit. ſacrificate de fermento laudē. De
fermēto nāq̄z īmolat q̄ deo de rapina parat
Sed ille ſine fermento comedit. q̄ ſe a mala
ſocietate cuſtodit. j. cor. v. modicū fermētū
totā maſſā corrūpit. ¶ Scd̄o xp̄us aſſūpſit
ꝑſonā ſerui in eo qꝫ pedes ſuoꝝ diſcipulorū
lauit. Lauit autez pedes corꝑales ⁊ ſp̄uales
Primo lauit corꝑales in exemplū ⁊ docu
mentū. in exemplū q̄dem humilitatis vt ip̄e
dicit. exemplum dedi vobis vt vos ita facia
tis. Iſtam tamen humilitatem petrus ab-
horruit dicens. non lauabis mihi pedes in
eternū. Cui reſpondit xp̄s. ſi nō lauero te nō
habebis p̄tez mecū. Tūc petrꝰ timore ⁊ amo
re ꝑcuſſus obtulit lauādos pedes. manus ⁊
caput. Sed xp̄us corripuit eum aſſerens. qꝫ
nō indigebat lotione capitis. nec manuū. ſꝫ

tantũ pedum.ꝑ caput intelligit̃ intentio.per
manus operatio.ꝑ pedes affectio.Duo pri
ma.ſcilicet intentio 7 operatio.in petro mũ
da erant.et ideo lotione capitis et manuũ
non indigebat.habebat autem intentõnem
in omnibꝰ bonam. operatõnem mundam.
Scd̃o lauit pedes in documẽtũ ad oſtẽ
dendũ ꝙ ꝓlati debẽt lauare ſubditos.Tunc
ãt nõ bñ lauat̃.aut qꝛ manꝰ ẽ iniqua.aut qꝛ
eſt turbida.7 imunda Eccĩ.xxxiij.Ab imũdo
q̃s mũdabit̃.Gregoriꝰ.ꝓus oportet te mun
dari ſi aliũ vis mũdare.ſapientẽ ꝓus fieri.et
ſic alios facere ſapiẽtes.Lumen fieri.7 ſic ali
os illuminare.Accedere ad deuꝫ.7 ſic alios
adducere.ſanctificari.7 ſic alios ſanctificare
Iteꝫ manꝰ habere rectas.7 ſic eẽ recti cõſilij.
vtputa rectum dare conſilium. Secundo
quando aqua eſt immunda.aqua immun
da ẽ amor mũdi.Hiere.ij. Quid tibi in via
egipti vt bibas aquã turbidã.Talis eñi aq̃
nõ lauat.ſꝫ coinq̃nat.Aug̃.Quiſq̃s es ĩ mũ
do ad te veĩt q̃ fec̃ mũdũ.vt eripiat te de mũ
do.qꝛ ſi aliq̃ delectatio te delectet ĩ mũdo.ſꝑ
vis eẽ imũdꝰ.ſi tñ aliq̃ neceſſitas te retinet.
mundꝰ ſcꝫ d̃s habitat ĩ te.q̃ mũdat mũdos 7
eris mundꝰ. Tertio q̃ñ ipa macula pedũ ex
nimia freq̃ntatõe efficit̃ nimis tenax 7 inue
terata.Eccĩ.xxxiij. Qui baptizat̃ a mortuo.
id ẽ.q̃ lauat̃ a mortali pctõ.7 iteꝝ tãgit mor
tuũ q̃d ꝓfuit lauatio eiꝰ.Vñ.ij.petri.ij.Facta
ſũt poſteriora deteriora ꝓorib̃ꝰ. ꝯuenit illis
illud.Canis reuerſꝰ ẽ ad vomitũ ſuũ 7 ſus lo
ta iteꝝ ĩ volutatõnẽ luti. Tertio lauit pedes
ſpũalit̃ aq̃ ſui ſang̃nis.De q̃ d̃r apoc̃.j.Laue
rũt ſtolas ſuas ĩ ſang̃ne agni.7 dealbauert̃
eas.Erg̃ magis ſanguis xp̃i dealbare d̃r.vi
det̃ ꝙ hꝫ v̓tutẽ lactis 7 ñ ſang̃nis.Lac eĩ ẽ ſan
guis ĩ vberibꝰ excoctꝰ.ſanguis ãt xp̃i fuit ex
coctꝰ in corpe ſuo 7 ĩ corde nrõ.In corpe ſuo
fuit excoctꝰ igne amoris ſui.tam vehemẽter
in corpe ſuo ebullit.q̃a apto late cũ impetu
emanauit.in corde ãt nrõ.ſũt duo vbera.ſcꝫ
intellectꝰ 7 affectꝰ.Dicit̃ ãt excoq̃ ĩ vbere ĩtel
lectꝰ ꝑ meditatõꝫ.7 vbere affectꝰ ꝑ deuotõeꝫ
et ſic ſanguis xp̃i in ſuo corpe 7 in nrõ corde
ꝑ meditatõeꝫ 7 affectõneꝫ v̓tit̃ in albedinẽ.7
aĩas nrãs dealbat 7 mundat.Apoc̃.j.Lauit
nos a pctis nrĩs ĩ ſang̃ne ſuo Tertio acce
pit xp̃s ꝑſonã epĩ.q̃ñ ſcꝫ panẽ 7 vinũ ĩ corpꝰ
ſuũ trãſmutauit.7 aplĩs ꝑtãtẽ ꝯficiẽdi dedit
Et iſta ẽ maior poteſtas q̃ vnq̃ꝫ hoĩ data fu
it.Eſt eñi ptãs dei mag̃ facere aliq̃d de aliq̃
ſic̃ q̃ñ fec̃ hoĩeꝫ de t̃ra.7 euã de coſta ade.Eſt
7 alia ptãs dei maior.ſic̃ de nihilo aliq̃d face
re.ſic̃ fecit celũ 7 terraꝫ. Eſt 7 tertia maxia.ſic̃
de creatura creatorẽ.Iſtã ptãtem non dedit
angelis.ſed ſolis ſacerdotibꝰ.qꝛ diuia v̓tute
ĩ corpꝰ 7 ſang̃nẽ ſpeciẽ panis 7 vini ꝯuertũt
Vñ euſebiꝰ.Inuiſibilis ſacerdos.i.xp̃s per
miſtros ſuos viſibiles creaturas in corpꝰ 7
ſang̃nẽ ſuũ ſacrata ptãte ꝯuertit v̓bo ſuo.ſcꝫ
illo.Hoc ẽ eĩ cor.7c̃.Vñ nõ dꝫ aliq̃s attendẽ
ad viſũ ſuũ.qꝛ viſꝰ putaret ſe videre coloreꝫ
panis.nec ad guſtũ.qꝛ putaret ſe ſentire gu
ſtũ panis.nec ad olfactũ.qꝛ putaret ſe ſẽtire
odorẽ panis 7 vini.ſed attendẽ dꝫ ad auditũ
qꝛ cũ audit ꝯſecratõis v̓ba.ita ẽ ꝑoĩa ſic̃ au
dit.Hoc ẽ eĩ corpꝰ.7c̃. Q̃d ſignificatũ ẽ geñ.
xxvij.in yſaac.q̃ cum bñdixit iacob fuit dece
ptꝰ eius viſus.qꝛ oculi ſui caligauert̃.et ip̃m
nõ agnouit.fuit 7 deceptus olfactꝰ.qꝛ credi
dit ſe ſentire odorẽ veſtimẽtoꝝ eſau.fuit etiã
deceptus guſtꝰ.qꝛ credidit ſe comedẽ de ve
natõne eſau et comedit de venatione iacob
fuit 7 deceptus in tactu.quia putabat ſe tan
gere manus eſau.7 tangebat manus iacob.
Sed auditꝰ q̃ vocem iacob audiuit nõ fuit
deceptꝰ.imo dixit.vox q̃dẽ iacob ẽ.Sic etiã
in iſto ſacramẽto oẽs alij ſenſus decipiunt̃
ꝑter auditũ.Et ideo omẽs fideles q̃ audiũt
v̓ba ꝯſecratõis.firmiter 7 veraciter credẽ de
bent ꝙ corpꝰ chriſti eſt 7 ſanguis eiꝰ.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

**Expliciũt quorũ
dam ſanctoꝝ legende adiũcte poſt
Lombardicam hiſtoriaꝫ.Impreſſe
Argẽtine Anno dñi.M.cccclxxxv
Finite in die ſancti Floriani marty
ris.**

1485

J. Fran.co da Ponte

Commisimus vobis    Panormitanus

Principium Mensis Calendas veteras Maij

FR AMBROSIUS VLISIPONENSIS

LENDA
SANCTORVM

DALIVRARIA
DE S. FRANC
DE SANTAREM

Sala
Gab. R
Est. 38
Tab.
N.º 4